BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

M. TVLLIVS CICERO

FASC. 46

DE DIVINATIONE
DE FATO
TIMAEVS

EDIDIT

R. GIOMINI

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1975

AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1975

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 46

DE DIVINATIONE

DE FATO

TIMAEVS

EDIDIT

REMO GIOMINI

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1975

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE
HVIVS TEMPORIS
REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

1. Auflage
VLN 294/375/4/75 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: Offizin Andersen Nexö, Graphischer Großbetrieb,
Leipzig III/18/38
Bestell-Nr. 665 685 7
EVP 38,– Mark

ANTONIO TRAGLIA
SEPTVAGENARIO
SACRVM

PRAEFATIO

Quo consilio ac proposito Cicero universam philosophiam Latino sermone illustrandam suscepisset, primis illis posterioris De divinatione libri paragraphis (1—7) ipse apertis perspicuisque verbis diligenter definivit, quamvis iam antea in aliis philosophiae disputationibus certum sibi esse confessus esset omnem curam et studium ad totam philosophiam pertractandam (Nat. deor. I 9) convertere[1]), eo animo ut, si occupatus profuisset aliquid civibus suis, prodesset etiam, si posset, otiosus (Tusc. I 5)[2]). ex quo recte colligere possumus huius gravis immanisque materiae lineamenta certa ratione designata esse atque descripta[3]), eo magis quod Cicero, vi Caesaris et necessitate fortunaque coactus ut vitam negotiis vacuam degeret[4]), nihil aliud spectare poterat nisi ut molestiis animum levaret et pristina studia renovaret, quibus aequam et puram mentem recipere posset, philo-

1) Haec exempla digna sunt quae recordemur: Tusc. I 6: *si aliquid oratoriae laudis nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiae fontis aperiemus*; Nat. deor. I 11—12: *nam si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto maius omnis ... cuius rei tantae tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse prae me fero*; Div. II 4: *adhuc haec erant; ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati ut, nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis litteris inlustratus pateret.*

2) Cf. etiam Nat. deor. I 7 et Div. II 7.

3) Cf. L. Alfonsi, Cicerone filosofo, in: M. T. Cicerone. Scritti commemorativi pubblicati nel bimillenario della morte, Roma 1961, p. 182.

4) Cf. Off. II 2—4: *cum dominatu unius omnia tenerentur ... illae scilicet litterae conticuerunt forenses et senatoriae. nihil agere autem cum animus non posset, in his studiis ab initio versatus aetatis existimavi honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam rettulissem.*

sophia adiuvante[1]): cuius in sinum cum a primis temporibus aetatis ipsius voluntas studiumque eum compulisset, his gravissimis casibus in eundem portum, ex quo erat egressus, magna iactatus tempestate confugit (Tusc. V 5). illa calamitosa et tristia tempora eum adducebant ut crederet aliam vitae viam atque rationem otii peragendi aegerrime expediri posse; idcirco ipse, quamvis acerbo sensu commotus, cum dignitate haec verba edenda curavit: *cum otio langueremus et is esset rei publicae status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset, primum ipsius rei publicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi*[2]).

Nunc si annum, quo libri De divinatione conscripti sint atque pervulgati, definire et distinguere quaerimus, sumenda sunt initia ex altero illo prooemio, cuius compositio secuta est secundum librum iam ad exitum perductum[3]), ideoque post Caesaris mortem perfecta est, si Ciceronis verba *nisi quae causa gravior obstitisset* (Div. II 4), *cum esset in unius potestate res publica* (Div. II 6), *naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae . . . tenerentur . . . aliquando a singulis. quod*

1) Cf. Acad. I 11: *nunc vero et fortunae gravissimo percussus vulnere et administratione rei publicae liberatus doloris medicinam a philosophia peto et otii oblectationem hanc honestissimam iudico*; Tusc. V 5: *quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te* (sc. *philosophia*) *esse potuisset? ... a te opem petimus, tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus.* cf. etiam Tusculanarum disputationum exordium.

2) Nat. deor. I 7. cf. quae postea Cicero in libro De officiis secundo (§§ 2—4) scribet maiore vi atque impetu: *cum dominatu unius omnia tenerentur, neque esset usquam consilio aut auctoritati locus, . . . cum autem res publica . . . nulla esset omnino, illae scilicet litterae conticuerunt forenses et senatoriae . . .* (paulo ante laudata in p. V adnot. 4).

3) Cf. R. Giomini, Problemi cronologici e compositivi del De divinatione ciceroniano, Roma 1971, p. 10, praecipue adnot. 5, et p. 11, adnot. 8. ad hoc confirmandum maximo momento sunt verba *de divinatione ingressi sumus his libris scribere* (Div. II 3), quae demonstrant Ciceronem dissertationi finem iam imposuisse. de quo cf. R. Durand, La date du „De divinatione“, Mélanges Boissier, Paris 1903, p. 180; M. Ruch, Le préambule dans les œuvres philosophiques de Cicéron, Paris 1958, p. 176sq.

cum accidisset nostrae rei publicae (Div. II 6–7) perattente consideramus: nam, regnante Caesare, diversa vitae ratione aliaque mente permotum se palam dissimilem praebuit Cicero, iniquis patriae temporibus adductus ut moderatiora facta temperatioresque mores susciperet[1]); praeterea illa acerba dicta (*pristinis orbati muneribus haec studia renovare coepimus*, Div. II 7) et firma illa sententia (*nunc quoniam de re publica consuli coepti sumus, tribuenda est opera rei publicae, vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda, tantum huic studio relinquendum quantum vacabit a publico officio et munere*, Div. II 7) Caesarem iam mortuum esse aperte declarant.

Sed gravius et firmius documentum, quo terminus ante quem illud secundum prooemium exaratum sit distinctius designari potest, invenimus in Ciceronis verbis, quibus in animo sibi esse aperuit libris De divinatione disputationem De fato adiungere (Div. II 3). nam haec disputatio una cum Hirtio consule designato explicata et perfecta est in Puteolano, ubi Cicero inter dies 11. et 16. Maii mensis commoratus est[2]); igitur verba illa *de fato si adiunxerimus* confirmare videntur alterum prooemium post illos dies esse compositum et ante diem 27. vel 28. eiusdem mensis (cf. Att. XV 5), ex quo Cicero satis longam quietem in Tusculano produxit usque ad diem 5. Iunii mensis (cf. Att. XV 10): ut nobis opinio est, his diebus Cicero ad librum De fato pangendum se contulit.

Ut finem imponamus huic quaestioni de temporum ordine, quo libri De divinatione conscripti sunt, studiose

---

1) Perpendatur vero non mediocris differentia verborum et sensuum in Tusculanarum disputationum prooemio (*cum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus*) nec non in Acad. I 11 (*administratione rei publicae liberatus doloris medicinam a philosophia peto et otii oblectationem hanc honestissimam iudico*), ubi *liberatus* longe aliud est atque *orbatus* (Div. II 7; nam Tusculanae disputationes collocari non possunt ultra Iulium mensem a. 45 et Academica composita sunt Iunio mense eiusdem anni).

2) Cf. Cic. Att. XIV 20 et 21; XV 1: hoc intervallum dialogi De fato tempora definire possit. de hac quaestione cf. R. Giomini, Problemi cronologici, pp. 12sqq. et 47sq.

perspiciendos putamus locos illos, qui nunc ad Caesaris tyrannidem, nunc ad tyrannum iam mortuum spectant. in dubium revocari non possunt verba illa quae finem faciunt priori prooemio (*ego vero, inquam, philosophiae, Quinte, semper vaco; hoc autem tempore cum sit nihil aliud quod lubenter agere possim*, Div. I 11) et exulcerati animi cogitatio atque sollicitudo, quae in extrema prope disputatione caute, sed mire explicantur de summo rei publicae discrimine (*nunc quidem propter intermissionem forensis operae et lucubrationes detraxi et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam: nec tam multum dormiens ullo somnio sum admonitus, tantis praesertim de rebus, nec mihi magis umquam videor, quam cum aut in foro magistratus aut in curia senatum video, somniare*, Div. II 142): uterque locus cum Caesaris dominatu aptissime congruit neque ullo modo ad Caesarem exstinctum et ad rem publicam praecipitem referri potest[1]). addendum est etiam aliud exemplum (Div. II 52–53: *quid? ipse Caesar, cum a summo haruspice moneretur ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset, uno in loco omnes adversariorum copiae convenissent*), cuius vis atque sensus quid significent hac lege tantum comprehendere possumus, ut Caesarem adhuc viventem intellegamus[2]). praeterea nonnulla documenta elucent in utroque libro, quibus nobis persuadetur Ciceronem post Caesaris interitum dissertationem suam perfecisse; sed significatio atque mentio de Caesaris exitio nunc perspicua et expressa (Div. I 119: *quod paulo ante interitum Caesaris contigit*[3]); II 23: *si divinasset* — sc. *Caesar* — *fore ut in eo senatu . . . trucidatus ita iaceret*[4]);

1) Cf. A. S. Pease, M. T. Ciceronis De divinatione, Urbana 1920, p. 14, qui putat locum I 92 (*apud maiores—imperium*) addi posse; W. Ax, M. T. Cicero, De divinatione De fato Timaeus, Lipsiae 1938, p. IV; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 19, adnot. 21.

2) Cf. R. Durand, p. 179; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 19, adnot. 20.

3) Cf. A. S. Pease, p. 14; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 21 sqq.

4) Cf. A. S. Pease, p. 14; W. Ax, p. IV; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 26 sqq.

II 99: *cum claritate esse moriturum*[1]); II 110: *quem re vera regem habebamus*[2]); II 112: *ut quidvis potius ex illis libris quam regem proferant, quem Romae posthac nec di nec homines esse patientur*[3])), nunc dissimulata et callida (Div. I 27: *posteaquam a Caesare tetrarchia et regno pecuniaque multatus est*[4]) = II 79: *is cum ei Trocmorum tetrarchian eripuisset et adseculae suo Pergameno nescio cui dedisset eidemque detraxisset Armeniam a senatu datam, cumque ab eo magnificentissumo hospitio acceptus esset, spoliatum reliquit et hospitem et regem*[5]); II 37: *quod adspexerit vestitu purpureo excordem Caesarem*[6])) impellunt ut, probabilibus et firmis argumentis innixi, pro certo habeamus Ciceronem post Martias Idus nonnulla verba, sententias, absolutas elocutiones sua manu et auctoritate libris De divinatione interposuisse atque ad textum[7]) iam ad finem perductum accommodavisse[8]).

---

1) Cf. A.S. Pease, p.14; R. Giomini, Problemi cronologici, p.28 sqq.

2) Cf. R. Durand, p. 181, adnot. 1; A. S. Pease, pp. 14 et 519; W. Ax, p. IV; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 30 sqq.

3) Cf. A. S. Pease, p.14; R. Giomini, Problemi cronologici, p.32 sq.

4) Cf. R. Durand, pp. 174 et 180; A. S. Pease, p. 14; M. Ruch, p. 176; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 33 sqq.

5) Cf. A. S. Pease, p. 14; R. Giomini, Problemi cronologici, p. 37 sqq.: quanto artificio quantaque prudentia Cicero orationem Pro rege Deiotaro habuerit, blandioribus verbis usus, satis superque confirmant illius orationis §§ 8, 9, 10, 14, quamvis Ciceronis ratio pro gravi testimonio ducenda non sit, quia Caesaris conspectus oratorem adducebat ut animum, vultum atque sermonem remissiorem et moderatiorem proferret.

6) Cf. A. S. Pease, p. 14, qui addit etiam I 43—45, ubi ex Peasii sententia significatio de eventis ad 6. Iulii mensis pertinentibus inicitur; W. Ax, p. IV („invenies utrumque locum non ita cohaerere cum contextu ut non eximi possit"); R. Giomini, Problemi cronologici, p. 22 sqq.

7) Haec ratio non inusitata apparet apud Ciceronem: cf. Att. XIII 21 a, 1 (*in quo* — sc. *quinto De finibus libro* — *non sane multa mutavi, sed tamen quaedam*) et XVI 3, 1 (*sed tamen idem σύνταγμα misi ad te retractatius et quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum et refectum*). de quo cf. R. Durand, p. 181; M. Ruch, p. 176; R. Giomini, Problemi cronologici, pp. 26 et 43.

8) Cf. R. Durand, p. 180 sqq.; D. Heeringa, Noch einmal „De divinatione", Philol. 1909, p. 562 sqq.; W. A. Falconer, Class. Philol. 1923, p. 327; M. Ruch, p. 176 sq.; R. Giomini, Problemi

Si postremo quaerimus qua aetate Timaeum Cicero conscripserit, facere non possumus quin exordium perpendamus et viam ingrediamur ex prooemio secundi libri De divinatione, potissimum ex verbis illis quae temporum ordinem ad Tusculanarum disputationum et De natura deorum libros pertinentem distincte designant et absolvunt. duo certa argumenta et maximi ponderis ad terminum post quem definiendum ab exordio sumimus: nam Cicero adfirmat Academica illa iam esse confecta et Nigidii memoriam excitat, ita ut acrem investigatorem et diligentem *earum rerum quae a natura involutae videntur* vita defunctum intellegamus. itaque recte concludendum est Timaei Platonici interpretationem a Cicerone esse perfectam post Maium mensem[1]) vel potius Iunium[2]) a. 45; ex quo sequitur ut libros De finibus, quos epistula ad

---

cronologici, passim. contra G. Sander, Quaestiones de Ciceronis libris quos scripsit De divinatione, Diss. Gottingae 1908, p. 2sqq.

1) Nam Cicero Asturae ante diem III Id. Mai. (13.) a. 45 Academica priora absolvit: *ego hic duo magna συντάγματα absolvi* (Att. XII 44, 4; cf. etiam Att. XIII 32, 3). haec *συντάγματα* non est dubium (Madvigii — in ed. De finibus, Hauniae 1839, p. LIX, adnot. 1 — et Lörcheri — in: Das Fremde und d. Eigene in Ciceros Büchern De fin. bon. et mal. und d. Acad., Halle 1911, p. 84sqq. — sententia, ex qua illis verbis de libris Academicis et De finibus mentio inicitur, plane refellenda est, in primis temporum rationis causa) quin ad Academica priora pertineant: cf. J. S. Reid, in Acad. ed., Londin. 1885, p. 31, adnot. 1; O. Plasberg, De M. T. Cic. Hortensio dialogo, Diss. Berol. 1892, p. 8 et M. T. Cic. Academicor. reliquiae cum Lucullo, Lipsiae 1922, p. VII, adnot. 1; O. E. Schmidt, Der Briefwechsel d. M. T. Cic., Leipzig 1893, p. 55, adnot. 2; R. Hirzel, Der Dialog, I, Leipzig 1895, p. 514, adnot. 1; A. Schumrick, Observatt. ad rem librariam pertinentes de *σύνταξις, σύνταγμα* . . . vocabulis, Diss. Marpurg. 1909, p. 39sq.; Th. Schiche, M. T. Cic. De finibus bon. et mal., Lipsiae 1915, p. XI. de Academicorum quaestione quae ad tempora pertinet cf. O. E. Schmidt, pp. 55sqq. et 426sqq.; O. Plasberg, in ed. Acad., p. IIIsqq.

2) Hoc mense composita sunt Academica posteriora, ut Cicero docet in epistulis ad Att. XIII 12, 3 et XIII 19, 3, quibus dies 23. et 29. Iunii mensis sunt impositae. cf. R. Giomini, Problemi cronologici, pp. 11, 48, 51 (in adnot.). de temporum quaestionibus ad libros XII et XIII epistularum ad Atticum pertinentibus cf. Th. Schiche, Zu Ciceros Briefen an Atticus, Herm. 1883, p. 588sqq.

Att. XIII 19, 4 manifeste comprobat et illustrat iam confectos[1]), ante Timaeum esse conscriptos credamus[2]).

Sed totam quaestionem amplius definire possumus, si tempora Tusculanarum disputationum et librorum De natura deorum singillatim persequimur. nam Ciceronis consilium primae disputationis Tusculanae condendae perspicuum apparet ex epistulis ad Att. XIII 32, 2 (*Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque velim mittas et Καταβάσεως. Τριπολιτικόν non invenio et epistulam eius, quam ad Aristoxenum misit. tres eos libros maxime nunc vellem; apti essent ad id, quod cogito*) et XIII 33, 2 (*Dicaearchi librum accepi et Καταβάσεως exspecto*)[3]); quoniam autem illa disputatio prima testatur Dicaearchi libros, qui *Κορινθιακοί* et *Λεσβιακοί* inscribuntur, Ciceronem in promptu habuisse et accuratius esse perscrutatum[4]), recte deducitur hunc librum paulo post epistulam illam ad Atticum datam, qua Cicero philosophi Messenii libros ab eo efflagitabat, compositum esse. quo tempore vero extremum finem opus habuerit, argumentis nititur non satis certis; sed non est dubium quin, si terminum ante quem enucleate designare velimus, minime neglegenda sint Tulliana verba, quae in Div. II 3 eminent: *quibus rebus editis* (sc. *Tusculanis disputationibus*) *tres libri perfecti sunt de natura deorum.* nam huius operis forma atque lineamenta iam ineunte Iunio mense constituuntur, Cicerone auctore, qui ad Atticum (XIII 8) ita scribit: *Epitomen Bruti Caelianorum velim mihi mittas et a Philo-*

---

1) *Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν*: huic epistulae est dies 29. Iunii mensis a. 45. cf. R. Giomini, Problemi cronologici, p. 48, adnot. 76.

2) Cf. Cic. Fin. I 7: *quamquam, si plane sic verterem Platonem aut Aristotelem, ut verterunt nostri poetae fabulas, male, credo, mererer de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. sed id neque feci adhuc nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto.*

3) Prior in Tusculano scripta est die 29. Maii mensis a. 45, altera in Tusculano die 3. Iunii mensis. cf. etiam Att. XIII 31, 2: *Dicaearchi, quos scribis, libros sane velim mi mittas; addas etiam Καταβάσεως* (scr. in Tusculano V Kal. Iun. a. 45).

4) Cf. Tusc. I 21, 24, 41, 51, 77.

xeno Παναιτίου περὶ προνοίας[1]); hac epitome usum esse Ciceronem certis argumentis comprobat Nat. deor. II 8[2]), et Panaetii cogitata, aliena a Stoicorum sententia, de

---

1) Scr. in Tusculano VI Id. Iun. (8.) a. 45. ex huius epistulae nec non illius ad Att. XIII 39, 2 indiciis M. Pohlenz (in Praef. ad ed. Lipsiens. Tusculanarum disputationum, 1918, pp. III—IV) ita concludebat: „Nam quod ineunte mense Sextili ab Attico libros petit ad quaestiones de natura deorum pertinentes (13, 39, 2), inde minime concludere licet Tusculanas disputationes iam tum absolutas fuisse. perfectos enim libros de natura deorum esse Tusculanis disputationibus editis cum Div. 2, 2 non sine certo consilio dicere videatur, ultro eo deducimur ut coeptos eos iam antea esse putemus, neque quicquam impedit quominus Ciceronem in utroque opere condendo simul occupatum fuisse statuamus" (ad hoc comprobandum confert Tusc. I 28 cum Nat. deor. I 119 et II 62). non multum distat a Pohlenzii sententia O. Plasberg (in Praef. ad ed. Lipsiens. De natura deorum, 1933, p. IV), qui tamen scribit: „Videmus igitur Ciceronem hos libros (sc. De nat. deor.) mense Sextili anni 709/45 et proximo tempore ita conscripsisse ut Tusculanis disputationibus eodem tempore operam daret, sed eas prius ederet quam hos confecisset". profecto cum exiguum sit tempus quo Cicero ad libros Tusculanarum disputationum et De natura deorum condendos se contulerit, fieri potest ut Tulliana studia in utroque opere explicando sint versata; at contra neglegere non possumus non tantum discrimen illud inter verba „edere" et „perficere", quae necessarie persuadent ut utriusque operis tempora quodammodo diversa esse existimemus, sed potius duas epistulas ad Atticum scriptas in Tusculano, alteram circ. prid. Non. Sext. a. 45 (XIII 38, 1), alteram Non. Sext. (XIII 39, 2), nec non illas ad Atticum XIII 45, 2, in Tusculano scr. III Id. Sext. (= 11. Aug. mensis a. 45) et XIII 47, in Tusculano scr. Id. Sext. (= 13. Aug. mensis a. 45): de quibus infra disputabimus.

2) Ab epitome Caeliana nonnulla aperte sumit Cicero in Div. I 48, 49, 55, 56, 78 (etiam in Div. I 77, ubi C. Flaminii exemplum, a Caelio commemoratum in Nat. deor. II 8, eisdem verbis describitur), a Panaetio contra in Div. II 88 et 97. unde elucet quantum in reprehensiones incurrat, si diligenter expendatur, sententia illa quam M. Pohlenz tulit: si Caelio (Nat. deor. II 8 = Div. I 77) et Panaetio (Nat. deor. I 118 et Div. II 88, 97 Panaetii *περὶ προνοίας* quaepiam instituta revocare videntur) Cicero usus est in libris De divinatione, num concludere possumus hanc dissertationem eodem tempore, quo Tusculanae disputationes et De natura deorum libri composita sunt esse conscriptam? suspicari autem licet hoc Panaetii opus Ciceronem ab Attico petivisse eo animo ut non solum De natura deorum, sed etiam De divinatione libros componeret, cuius prima lineamenta ipse fortasse iam adumbraverat Iunio mense a. 45.

totius universi conflagratione (quae Graece *ἐκπύρωσις* dicitur [1])) satis probabiliter demonstrare possint cur Cicero Stoici philosophi scripta apud se voluerit. huc accedit quod in epistula ad Att. XIII 38, 1, in Tusculano scripta circiter prid. Non. Sext. (4. Aug. mens.) a. 45, Cicero, perspicue adhibita significatione ad dissertationem contra Epicureos, quam libris De natura deorum mandaverat, haec proferebat: *ante lucem cum scriberem contra Epicureos*, quae sive ad C. Aurelii Cottae [2]), Academicae sectae philosophi, disputationem primo libro additam et refutantem C. Vellei subtilem dialecticam pro Epicuri doctrina, sive ad Q. Lucilii Balbi [3]), Stoicam disciplinam firmiter defendentis, sermonem referuntur, ratione non absurda, satis vero probabili confirmant libros De natura deorum vix esse inchoatos [4]) vel potius ampliore prospectu nondum ad umbilicum perductos [5]).

Quod si diligenter pertractavimus, nobis concludere licet Ciceronem, compositis De natura deorum libris temporis spatio interiecto inter Quintilem mensem exeuntem (vel ineuntem Sextilem) et circiter dies proximos post Idus Sextiles a. 45, Timaei Platonici interpretationi manum admovisse perfecto iam quinto Tusculanarum disputationum libro, sed priusquam De natura

1) Nat. deor. II 118.

2) Cf. O. Plasberg, M. T. Cic. De nat. deor., p. III.

3) Cf. R. Giomini, Cicerone Tim. 6, 17, Riv. Cult. Class. Med. 1968, p. 63, adnot. 6 et Problemi cronologici, p. 8, adnot. 2 et p. 50, adnot. 81. quod ad Atticum (XIII 39, 2) scribit Cicero (*Romam, ut censes, veniam, sed invitus; valde enim in scribendo haereo. libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, velim mittas et maxime Φαίδρου περὶ θεῶν*), id ad Vellei orationem pertinere pro certo adfirmare non possumus, neque satis exploratum est Ciceronem Phaedri librum certe adhibere voluisse ad primum De natura deorum librum conscribendum (cf. O. Plasberg, p. IV): nam de natura deorum large fuseque Balbus in secundo libro disputat.

4) Si Plasbergii coniectura rem acu tetigit; sin autem nostra, Ciceronem in secundo libro conficiendo occupatum animo fingere debemus.

5) Cf. Cic. Att. XIII 45, 2 (scr. die 11. Aug. mensis): *quod me hortaris ut eos dies consumam in philosophia, currentem tu quidem*; XIII 47 (scr. die 13. Aug. mensis): *ut scriberem, ... instituta omisi; ea, quae in manibus habebam, abieci.*

deorum dialogum suscepisset: hoc inducit ut Iulium mensem definiamus, quo Timaeum Cicero converterit [1]). huic temporis rationi fidem addere possunt duo satis certa documenta: in primis nonnulli loci similes, e quibus minime arduum est enucleare et constituere haud dubias relationes inter Timaeum et libros De natura deorum (cf. Tim. 17 = Nat. deor. II 47; Tim. 9–12 = Nat. deor. II 32; Tim. 18 = Nat. deor. II 59; Tim. 29 = Nat. deor. II 59; Tim. 32 et 36 = Nat. deor. II 49 [2])) itemque recentem Timaei compositionem, ita ut Cicero singula quaeque memoria teneret et in De natura deorum capita passim transferret; deinde extremi libri Tusculanarum disputationum prooemium, in quo auctor consilium agitare videtur conferendi suam curam ad Pythagorae disciplinam explicandam (*cuius* – sc. *Pythagorae* – *de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi*, V 10), unde expedite intelligitur hunc librum quasi finitimum Timaeo iudicari posse [3]).

Quantum vero attinet ad Timaei prooemium, re diligenter perpensa, nonnullas notationes sententia nostra adiciendas putamus, ut quaestio umbris vacet et iniquis explicationibus perpurgetur. primum hoc palam adfirmandum est, dubium non esse quin eius compositio a

1) Non immerito et ratione vero proxima innisi suspicari possumus Timaeum aetate perpropinquum esse libris De natura deorum (de quo infra); idcirco illi tribuendam esse alteram dimidiam partem Quintilis mensis probabile videtur.

2) Cf. etiam Nat. deor. I 18 et I 30. quod nonnulla ex Timaeo adsidue revocantur in secundo De natura deorum libro, ubi gravem actionem in Epicureos instruit Q. Lucilius Balbus, Stoicae doctrinae sectator, id nobis persuadet Ciceronem in Timaeo Platonico convertendo suum dissimulatum fastidium et animum alienum ab Epicurea doctrina confirmare voluisse.

3) Adde quod in ipso quinto libro Tusculanarum disputationum (§ 11: *quem morem cum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset*) fortasse illorum verborum *Carneadeo more* (Tim. 1) praenotionem excipimus; praeterea etiam in exordio Academicorum (I 7), ubi Platonis Tim. 47b locus probatur, dissimulatas significationes huius operis ad Pythagoricam philosophiam explicandam spectantis perspicere possumus. de hac quaestione cf. M. Ruch, p. 170sqq.

tempore ipso, quo Nigidius e vita excessit, secerni non possit; quod si ita non est, fit ut Nigidii laudatio gravitate omnino privetur et a re aliena nec non commenticia sit: idcirco exordium aetati ipsi tribuendum est, qua interpretationem Cicero scripsit, qua de causa in corpore prooemiorum adscribi non poterat[1]). deinde magnum pondus habent verba illa quae ad Academicos libros referuntur (Tim. 1) et memoriam recolunt Nigidii nuper extincti, cuius auctoritas magnis laudibus celebratur (*fuit enim vir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator et diligens earum rerum quae a natura involutae videntur*): haec documenta impediunt ne Timaei exordium tamquam orationem ex prooemiorum volumine desumptam[2]) et operi ex tempore praepositam existimemus. tum Nigidii laudes vim atque sensum repetunt verborum, quibus Cicero solacium attulit ipsi Figulo, *uni omnium doctissimo et sanctissimo et maxima quondam gratia et mihi certe amicissimo*[3]), despondens amici exulis fortunam sibi cordi esse (*ego quod intellegere et sentire, quia sum Romae et quia curo adtendoque, possum, id tibi adfirmo, te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum*[4]):

---

1) Hoc autem proposuit C. Fries (Untersuchungen zu Ciceros Timaeus, Rhein. Mus. 1900, p. 18sq.), qui exordium post Caesaris mortem collocavit et corpori prooemiorum inseruit. sed cf. C. F. Hermann, De interpretatione Timaei Platonis dialogi a Cicerone relicta, Diss. Gottingae 1842, p. 2sqq.; R. Hirzel, p. 541; A. Lörcher, Burs. Jahresb. 1913, p. 64; R. Philippson, R. E. VII A 1 (1939), p. 1150; M. Ruch, p. 170sqq.; O. Gigon, Die Szenerie d. Ciceronisch. Hortensius, Philol. 1962, p. 225, adnot. 4; F. Pini, M. T. Cic. Timaeus, (s. l.) 1965, p. 13; R. Giomini, Riv. Cult. Class. Med. 1968, p. 64, adnot. 10 et Problemi cronologici, p. 52sq.

2) Cf. Cic. Att. XVI 6, 4.

3) Fam. IV 13, 3 (Augusto mense aut Septembri a. 46 scr.). perpendantur etiam verba § 4: *quid sit forti et sapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes . . . a te flagitent.*

4) Fam. IV 13, 4. de his sententiis cf. epistula ad Ligarium (Fam. VI 13, 3, eisdem temporibus scr.), in qua Cicero fere ad litteram eadem verba adhibet (*qua re mihi crede et memoriae manda me tibi id adfirmasse: te in istis molestiis diutius non futurum*): de hac quaestione cf. R. Giomini, Problemi cronologici, p. 52, adnot. 85;

sed eiusmodi argumentum, si exordium ex corpore prooemiorum electum iudicaremus, a re alienum et inusitatum esset.

Denique facere non possumus quin suspicemur, Nigidio extincto egregia Ciceronis proposita et facta apud Caesarem atque homines in re publica versatos in irritum cecidisse; hac re Cicero fortasse adductus est ut opus ad Pythagorae disciplinam explanandam conderet, promissis obtemperans quae in prooemio V libri Tusculanarum disputationum dederat, consilio incitatus non solum amicum et acrem investigatorem celebrandi, sed etiam perficiendi studium atque explicationem universae philosophiae, cuius Tulliana interpretatio, quamvis imperfecta et per partes acta, satis probabiliter non levioris momenti quaestionem definiebat et effingebat, singillatim pro apparatu atque silva rerum, quas Cicero collegerat neque colligere desistebat, *ut nullum philosophiae locum esse* pateretur, *qui non Latinis litteris inlustratus pateret* [1]).

Ut finem faciamus toti huic quaestioni, breviter investigemus cur Cicero, si Timaeus ex temporis ratione inter Tusculanas disputationes et De natura deorum libros interponendus sit, opus silentio praeteriverit in illo secundi libri De divinatione prooemio; responsum satis probabile dare possumus, eisdem sententiis usi quas alibi [2]) exposuimus: nam pro certo habemus Arpinati de Pythagorae doctrina absolutam dissertationem componendi consilium fuisse, sed illo tempore, quo alterum De divinatione prooemium Cicero conscripsit et studia ad philosophiam pertinentia recensuit, partem tantum huius operis ab eo esse perfectam, illam prorsus interpretationem

---

de Tulliano studio causam Nigidii defendendi satis probabilia coniecit A. Della Casa, Nigidio Figulo, Roma 1962, p. 40sqq.; cf. etiam R. Giomini, Problemi cronologici, p. 52, adnot. 85.

1) Cf. Acad. I 7, Lucull. 118 (= Plat. Tim. 51a) et creberrimos in Tusculanis disputationibus locos ad Pythagoram pertinentes (I 20, 38, 39, 49, 62; II 23; III 36; IV 2, 3, 4, 10, 44, 55; V 8, 9, 10, 30, 63, 66, 113).

2) Problemi cronologici, p. 55sq.

Timaei Platonici, truncam vero et dialogo spoliatam. cum opus ad exitum nondum adduxisset, Cicero, ut nobis videtur, ausus non est id libris iam editis[1] adiungere, eo animo ut disputationem resumeret et redintegraret ad Pythagoricam philosophiam pertractandam: hoc confirmare possunt verba illa *nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis litteris inlustratus pateret*, nec non illa *nisi quae causa gravior obstitisset*, quasi Cicero dicere velit reliqua opera, quae antea sibi proposuerat, ad tempora magis idonea et matura rei publicae causa esse differenda; igitur a veritate non abhorremus, si concludimus Ciceronem hoc opus ut ad finem perduceret alienum non fuisse[2]).

Sed de temporum ratione hactenus; nunc de codicibus agamus, in primis de duobus Vossianis, 84 (= **A**) et 86 (= **B**), et Vindobonensi 189 (= **V**), qui gravissima et satis vetusta documenta sunt in textu constituendo atque tam arta cognatione ob vitia, defectus, transpositiones inter se copulantur, ut ex communi officina fluxisse videantur, quod quidem iam diu omnibus viris doctis perspicuum patet.

Vossianus Lat. Fol. 84, in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae asservatus[3]). codex membranaceus, IX **A**

1) Libri De fato, quamvis inediti, in altero prooemio De divinatione Cicero mentionem fecit, quia illum additicium et tamquam clausulam librorum De natura deorum et De divinatione existimabat (*quibus* — sc. *libris De divinatione* —, *ut est in animo, de fato si adiunxerimus, erit abunde satis factum toti huic quaestioni*).

2) Cf. C. F. Hermann, pp. 8sqq. et 13sq.; I. A. C. Van Heusde, M. T. Cicero φιλοπλάτων, Traiect. ad Rhen. 1863, p. 275; R. Hirzel, p. 541sqq. et Untersuchungen zu Ciceros philosoph. Schriften, I, Leipzig 1877, p. 2sq.; C. Fries, Rhein. Mus. 1900, pp. 18 et 26sqq.; C. Atzert, De Cicerone interprete Graecorum, Diss. Gottingae 1908, p. 12; A. Lörcher, p. 63sqq.; S. Häfner, Die literar. Pläne Ciceros, Diss. München 1927, p. 103sqq.; R. Philippson, p. 1150sq.; M. Ruch, p. 170sqq.; O. Gigon, p. 225, adnot. 4.

3) Totum vi lucis expressum edidit O. Plasberg (Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone De Vries. Tom. XIX: M. T. Cicero. Operum philosophicorum codex Leidensis Vossianus Fol. 84 phototypice editus. Praefatus est Otho Plasberg, Lugduni Batavorum 1915), qui in Praefatione de huius codicis rebus ex historia excerptis, de aetate, de librariis et correctoribus, de gra-

saeculo medio[1]) litteris Carolinianis minusculis exaratus, a pluribus librariis scriptus et a duobus eiusdem aetatis correctoribus, quorum manus aut vix aut ne vix quidem distinguuntur, ita ut eas a librariorum correctionibus perarduum sit secernere[2]), expurgatus et emendatus esse videtur[3]). continet haec opera: De deorum natura, De divinatione, Timaeum, De fato[4]), Topica, Paradoxa, Lucullum, De legibus[5]). etiamsi nonnullis

---

vitate fusius subtiliusque egit. de historia cf. etiam P. Schwenke, Des Presbyters Hadoardus Cicero-Excerpte, Philol. Suppl. 1889, p. 523sq. et Apparatus criticus ad Cic. libros De natura deorum, Class. Rev. 1890, p. 348; A. S. Pease, p. 605 et M. T. Cic. De natura deorum I, Cambridge 1955, p. 63sq.; F. Pini, p. 20; B. Bischoff, Hadoard u. d. Klassikerhandschriften aus Corbie, Mittelalterliche Studien I, Stuttgart 1966, p. 53; P. L. Schmidt, Die Überlieferung von Ciceros Schrift „De legibus", München 1974, p. 35sq.

1) Cf. P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 348 (in Philol. Suppl. 1889, p. 523sq. saeculo X tribuit); O. Plasberg, M. T. Cic. Oper. philosoph. cod. Leid. Voss. Fol. 84, p. XI (etiam M. T. Cic. Acad. rel. cum Luc., p. XXI; M. T. Cic. De nat. deor., p. VI); A. C. Clark, The descent of manuscripts, Oxford 1918, p. 324; A. S. Pease, pp. 33sq. et 605; A. Lörcher, Burs. Jahresb. 1926, p. 34; W. Ax, p. VII; A. Yon, Cicéron. Traité du destin, Paris 1944, p. LI; K. Bayer, M. T. Cic. De fato, München 1963, p. 99; F. Pini, p. 20; B. Bischoff, p. 53; R. Badalì, M. T. Cic. Paradoxa Stoicorum, (s. l.) 1968, p. 7; K. Büchner, M. T. Cic. De legibus, (s. l.) 1973, p. 7; P. L. Schmidt, p. 35. contra W. Friedrich (Philol. Anzeig. 1885, p. 515sqq.) X vel XI saeculo tribuit (cuius cf. Neue Jahrb. Philol. 1889, p. 281sqq.).

2) Hac de causa una eademque voce (*corr.* vel *add.* **A**) notavimus; contra hac nota (*m. alt.* **A**) saec. XI—XIII correctiones indicavimus.

3) Cf. O. Dieckhoff, De Cic. libris De natura deorum recensendis, Diss. Gottingae 1894, p. 56sqq.; O. Plasberg, M. T. Cic. Oper. philosoph. cod. Leid. Voss. Fol. 84, p. IVsqq.; in ed. De nat. deor., pp. VI, X et in ed. Acad., p. XXI; F. Pini, p. 20sq.; R. Badalì, p. 7sq.

4) Sed fol. 76^r vacuùm est et 76^v initium Topicorum continet; cuius in calce W. G. Pluygers, bibliothecae Leidensis praefectus, ita scripsit: „Hoc folium Vossiano 86 adhaerebat, huic libro a me restitutum est".

5) Post Baiteri editionem novam codicum **AB** collationem dedit H. Deiter, De Cic. codd. Vossianis 84 et 86 denuo excussis, I—II, Progr. Auricae 1885—86 (de cod. **B** etiam Zum cod. Voss. 86 d. Cicero, Rhein. Mus. 1882, p. 314sqq.).

lacunis[1]), mendis atque erroribus scripturae, transpositionibus[2]), singulorum verborum omissionibus[3]) et rasuris offenditur et deminuitur[4]), tamen una cum cod. Vindobonensi 189 (**V**) antiquissimus habendus, quia ex eadem archetypi stirpe[5]), inter VIII et IX saeculum conflata et minusculis litteris, ut probatur permultis exemplis[6]), scripta, quam plerique codices nostri interpositam repetunt, fluxit:

---

1) Cf. Div. I 34 *persequuntur — coniectura* in calce add.; 60 *atque agrestis — potu atque* in calce add.; II 38 *exta — cuique* in marg. add.; 40 *vester — impertire* in marg. add.; 45 *unde — docet* in marg. add.; 48 *vel praxitelia — adfertur* in calce add.; 55 *res — vates* in calce add.; 80 *deinde inventionem* in marg. add.; 93 *hoc modo illo modo* in marg. add.; 102 *est igitur divinatio* in marg. add.; Tim. 3 *et interit — gignitur* in calce add.; 30 *tardiusque — minorem* in marg. add.; Fat. 8 *tecum — idibus* in marg. add.; 16 *medii — erunt* in calce add.; 30 *medicum sive non adhibueris* in marg. add.; 32 *posse dicere* in marg. add.; 34 *antecedat — cuique* in calce add.; 41 *ne ille — potestate.*

2) Cf. Div. I 20 *voltum — ferebant* ante *vir — monebant* scr.; 41 *aerumnae — resistet* ante *haec — recessit*; 44 *pecus — pulchritudine* ante *duos — eligi*; 97 *quotiens — paruit* post *praedictiones sunt* (§ 98); Tim. 38 *quia de suis — deorum aptissimum* (§ 43) post *modo illuc* (§ 48).

3) Itaque in interlineis vel in margine addita sunt opera et labore correctorum coaequalium et seriorum. cf. A. C. Clark, p. 341 sqq.

4) De his quaestionibus, etiam ad reliquos codices spectantibus, cf. A. C. Clark, p. 324 sqq.

5) Hac nota (*x*) definire possumus. „Eius corporis (sc. operum Ciceronianorum ... physicorum⟩ exstabat, ni fallor, in Gallia, exemplar iam minusculis litteris exaratum, quaternionibus non paucis singulisque membranis amissis mutilum, aliis suo loco motis perturbatum: ex hoc et ii codices fluxerunt qui quantum illius corporis restabat totum continent" (P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 347). cf. O. Dieckhoff, pp. 44 sq., 59; R. Mollweide, Die Entstehung d. Cicero-Exzerpte d. Hadoard und ihre Bedeutung f. d. Textkritik, Wien. Stud. 1911, p. 274 sqq.; O. Plasberg, in ed. De nat. deor., pp. VIII („Sed eorum codicum, qui ad nos pervenerunt, nullus videtur ex ipso archetypo esse descriptus") et X, nec non in ed. Acad., p. XXII; K. Bayer, pp. 103 et 110 (qui tamen **A** et **V** ex *x* corr. originem ducere existimat); R. Badalì, p. 30; P. L. Schmidt, p. 72 sqq.

6) Cf. O. Dieckhoff, p. 7; P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 347; O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. XII et in ed. Acad., p. XXIV; R. Badalì, p. 30.

itaque optimo iure inter ceteros praestantissimus et fide dignus est existimandus.

V *Vindobonensis Lat. 189*, qui in rei publicae bibliotheca Vindobonensi, olim Palatina Caesarea, exstat[1]): codex membranaceus, ab uno librario[2]) exaratus est eodem fere tempore (IX saec. medio) quo cod. **A**[3]) eodemque litterarum genere Caroliniano. continet igitur eadem opera quae cod. **A** eodem ordine tradita, omissis vero Topicis[4]), nisi quod complures quaterniones deciderunt et ab initio (ubi De nat. deor. disputatio usque ad II 16 *quam deum* describebatur) et in extremo codice (ubi De legibus libri omnino perierunt): sed etiam nonnulla alia folia in medio codice deperdita efficiunt ut nec De divinatione libri[5]) integri tradantur, nec Timaeus[6]) nec reliqua pars secundi libri De natura deorum[7]). una eademque nota (*corr.* vel *add.* **V**) indicamus duos correctores, librario aequales, quorum alter vix a librarii correctionibus distingui potest; his verbis (*corr.* vel *add. m. alt.* **V**) contra correctiones XI–XIII saeculi significamus in marginibus vel in intercolumnio vel inter lineas scriptas, denique ita dicimus (*m. aliq.*

---

1) De huius codicis rebus ex historia excerptis cf. C. Halm, Zur Handschriftenkunde d. ciceron. Schriften, Progr. München 1850, p. VII, adn. 9; S. D. F. Detlefsen, Über eine Cicero-Handschrift d. k. k. Hofbibliothek, Sitzungsber. Akad. Wien, Philos.-Hist. Classe 1856, p. 110sqq.; P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 524 et Class. Rev. 1890, p. 349; A. S. Pease, p. 605 et in ed. De nat. deor. I, p. 63; C. H. Beeson, Lupus of Ferrières and Hadoard, Class. Philol. 1948, p. 190sq.; F. Pini, p. 21; B. Bischoff, p. 53.

2) Quantum attinet ad secundum librum De divinatione, verba *runt parendum* (II 71) — *superstitione multa* (II 83) propter codicis defectum recentior manus addidit.

3) Cf. dissertationes quae commemorantur in p. XVIII adnot. 1.

4) Etiam in cod. Monacensi 528 (**M**) Topica desiderantur.

5) Desunt vero verba *plerumque enim* (II 14) — *non posse casu* (II 48) et *somniorum* (II 142) — *fere animos* (II 148), ff. 70 et 71 (*runt parendum — superstitione multa*) alia manu exarata videntur, unde manifestum apparet codicem duo folia perdidisse, quae serius XIII vel XIV saeculi corrector inseruit.

6) Nam desinit in *spatium temporis* (§ 52) et recentior manus haec verba addidit: „Hic deficiunt quatuor linee secundum exemplar“.

7) Desunt verba *sese perfectiores* (II 86) — *nihil nocent* (II 92).

recent. **V**) correctiones saeculi XV in margine additas, quibus viri docti, suo arbitrio permoti, corruptos locos restaurare vel suam interpretationem ostendere conati sunt (sed perraro adiuvante fortuna). quamvis transpositionibus[1]), lacunis[2]), omissionibus[3]) laboret et vehementer affligatur scripturae erroribus, crebris correctionibus et rasuris, tamen manus primigena ad archetypi illius stirpem (x), non minus quam cod. **A**, nullo interposito codice redire videtur[4]).

Vossianus Lat. Fol. 86, in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae asservatus: membranaceus, eadem fere aetate (IX saec. medio), qua **A** et **V**, eisdemque litteris exaratus est ab uno librario atque eosdem libros continet (etiam Topica), quos codd. **AV**, eodemque ordine[5]). duorum correctorum emendationes perpessus est, quo- **B**

---

1) Cf. Div. I 20; 41; 44; 97; Tim. 38—43.

2) Cf. p. XX adnot. 5.

3) Cf. Div. I 121; 125 (add. in calce); II 53; 77; 86; 98; 103; 106 (add. in calce); 129; Fat. 4; 8; 21; 27 (add. in calce); 30 (add. in marg.); 33 (add. in calce); 35; 38 (add. in marg.); 41 (add. in calce); Tim. 8; 38. cf. A. C. Clark, p. 350sqq.

4) De cod. **V** quaestionibus cf. etiam P. Schwenke, Zum Cicerokodex Vindobon. 189, Philol. Woch. 1889, p. 618sqq. et Philol. Suppl. 1889, p. 524; O. Dieckhoff, p. 59sqq.; O. Plasberg, in ed. De nat. deor., pp. VI, VII, Xsq.; K. Bayer, p. 103sqq.; R. Badalì, p. 8sq.

5) De hoc codice fuse lateque disseruerunt H. Deiter, Zum cod. Voss. 86 d. Cicero, Rhein. Mus. 1882, p. 314sqq. et Progr. Auricae 1885—86; L. Havet, Le ms. B de Cicéron De nat. deor., Rev. Philol. 1886, p. 188; W. Friedrich, Zu Ciceros Topica, Neue Jahrb. Philol. und Pädag. 1889, p. 281; P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 348sq. (de quo cf. etiam Philol. Suppl. 1889, p. 524); O. Dieckhoff, p. 22sqq. (qui **B** pluris quam **A** fecit: cf. nunc K. Büchner, p. 8); O. Plasberg, in ed. De. nat. deor., pp. VIIsqq. et Xsq.; W. Ax, p. IXsq.; K. Bayer, p. 103sqq.; F. Pini, pp. 22, 25; R. Badalì, pp. 10sq. et 12sqq.; P. L. Schmidt, passim. de rebus ad historiam pertinentibus cf. P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 524 et Class. Rev. 1890, p. 348; A. S. Pease, in ed. De nat. deor. I, p. 64; F. Pini, p. 22; B. Bischoff, p. 53; P. L. Schmidt, p. 29sqq.; saeculo XII perperam tribuerunt Schanz-Hosius, Gesch. röm. Lit. I, München 1927, p. 493; K. Ziegler, M. T. Cic. De legibus, Heidelberg 1950, p. 15; L. P. Kenter, M. T. Cic. De legibus. A comm. on book I, Amsterdam 1972, p. 11.

rum alter verba imperfecta in textu correxit, alter nonnulla omissa in margine adscripsit: cum utrumque fere librario aequalem vix discernere possis a librarii manu, una eademque nota (*corr.* vel *add.* **B**) indicamus; correctoris autem cuiusdam aliquanto recentioris vestigia in margine vel inter lineas impressa exstant: huius emendatoris opera (*corr.* vel *add. m. alt.* **B** summatim eam explicamus) non mediocre auxilium adfert ad loca omissa supplenda vel singulos errores corrigendos[1]). non est dubium quin **B** cum Voss. 84 (**A**) et Vindobon. 189 (**V**) non solum multa vitia communia habeat, sed etiam „defectus quosdam maiores", ut recte vidit O. Plasberg, ita ut a vero non deflectamus, si adfirmemus archetypi formam ac speciem ex arta illorum codicum cognatione propter errores, lacunas, transpositiones locosque mutilos et decurtatos magna ex parte restitui posse; sed **B** „differt ab illis (sc. **AV**) praeter lectiones multas primum multitudine traiectionum"[2]). illarum traiectionum nonnulla indicia in codicis margine adscripta invenies: nam post *derecto* (Div. II 127) continuat Fat. 41 *eae causae non essent*, et in margine adnotatur: „quod hic sequitur requiritur in primo libro de natura deorum ※ sub asterisco

1) Has lacunas invenimus: Div. I 14 *vocibus — primum* (add. in marg.); 21 *atque — ora* (add. in marg.); 35 *aut eandem — errare* (add. in marg. m. alt.); 91 *iaminda* (*rum unam alteram* sup. add. m. alt.); 130 *extiterit — aspiratio* (add. in marg. m. alt.); II 11 *utendum — modum* (add. in marg.); 19 *locus est — rerum est* (add. in marg. m. alt.); *dicam — deum* (add. in marg. m. alt.); 66 *se ut — anguis* (add. in marg. m. alt.); 87 *ergo hoc divinationis* (add. in marg. m. alt.); 90 *natura — quisque* (add. in marg. m. alt.); Fat. 17 *quod non — fieri* (add. in marg. m. alt.); 31 *quaecumque fiunt* (sup. add. m. alt.); 36 *non possit — aliquid* (add. in marg. m. alt.); nonnullas singulorum verborum omissiones inter lineas vel in margine nunc a m. eadem, nunc a m. altera additorum; easdem transpositiones atque in codd. **AV** (Div. I 20; 41; 44; 97; Tim. 38—43); verba iterata: Div. I 69 post *navis subito* scr. *eam partemque sensum* (§ 70), sed lin. eras.; 98 post *praedictiones sunt* scr. *quotiens senatus — paruit* (§ 97); II 83 *et eius verbum — ea res dixerit* (lin. eras.); Tim. 23 *eadem partem — superatam* (lin. eras.); praeter haec in Div. II 22 post *gloria* om. *rerum*; 67 post *equus* om. *eius*; in Fat. 41 om. *ne ille — potestate.*

2) O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. VII.

adnotatum"; post *considamus hic* (Fat. 4) continuat Nat. deor. I 64 *non est igitur tam explorata ista ratio*, quae ita explicantur in margine: „hic interpositum est quod in primo libro de natura deorum dimissum est, ubi de secundo libro divinationis est interpositum"; Fat. 5 (*quorum in aliis*) vero post Leg. I 21 continuat in fol. 147^v, cuius in margine haec adnotantur: „hic quod in libro timei sequitur", quae ita sunt emendata a quodam Tegano: „falsa est hec notula quoniam quae secuntur ad librum de divinatione pertinent non ad timeum, quod qui utrumque legerit verum inveniet"; post *diceremus ut cum* (Fat. 41) sequitur Leg. II 4 *etiam sepulchra contemplor* (m. aliq. recentior in marg. adscr. „ex libris de legibus", f. 154^r), sed signo ante *etiam* adposito m. alia in marg. adnot.: „ab eo loco, quo superius de corpore timei interpositum est, usque huc pervenit. quod vero sequitur in fine est libri secundi de divinatione usque quo de topicis incipit". reliqua libri De fato (*eae causae — naturaliter*) post *derecto* (Div. II 127) invenies m. aliq. recentiore scripta. ex quo merito viri docti collegerunt hunc codicem Vossianum (**B**) ex altera archetypi stirpe fluxisse (*y* eam indicare possumus), quae ab illa (*x*) discrepat unde **AV** orti sunt [1]) et fortasse paulo antiquior est quam *x*. quod si ita est, nobis concludere licet, ducibus nonnullis viris doctis, archetypum incompositum et confusum ordinem librorum iam praebuisse, ideoque „ab ipso archetypo etiam illarum transpositionum partem quandam repetendam esse, quae in hoc uno codice (sc. **B**) sunt, partem dico non omnes, id quod accuratiore versuum computatione evincitur" [2]). nam **B** hac dispositione opera digerit: Nat. deor. I 1—63, Div. II 127 (*deus siquidem*) — 150

---

1) Cf. P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 349; O. Dieckhoff, p. 21; O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. VII sq.; K. Bayer, p. 105, qui existimat codices **AV** originem repetere a correcta (quantum vero attinet ad operum ordinem) archetypi stirpe et codicem **B** deductum esse ex altero dissimilique exemplari eiusdem archetypi (cf. etiam R. Badalì, p. 13). de codd. stemmate fusius tractaverunt K. Büchner, p. 9 sqq. et P. L. Schmidt, p. 72 sqq. (maxime p. 198).

2) O. Plasberg, in Praefatione (p. VII) ed. paulo ante laud.

(*surreximus*), Nat. deor. I 91 — II 16, II 86—156, II 16 —86, II 156—III 95, Div. I 1—II 127 (*quam derecto*), Fat. 41 (*eae causae*)—48 (*naturaliter*), Top. 4—28, 72—100, Parad. 1—37, Lucull. 2—13, Parad. 37—52, Lucull. 1—2, 13—148, Leg. I 1—21, Fat. 5 (*quorum in*)—41 (*ut cum*), Leg. II 4—13, Leg. I 21—II 4, Tim. 1—38 (*confirmatur sed*), Tim. 44 (*sed cum duplex*)—48 (*modo illuc*), Tim. 49 (*tis splendore*)—52, Fat. 1—4 (*considamus hic*), Nat. deor. I 64—91, Leg. II 13—III 38, III 42—48, III 38—42. his rebus perpensis W. Ax subiecit, quamvis hic ordo valde turbatus appareat, tamen unum communeque esse codicum **AVB** archetypum, quod ita explanabat: „Nam ut in **AV**, etiam in codice **B** finem libri de natura deorum tertii sequitur initium librorum de divinatione. Timaeus quoque, cuius partes singulae ad verbum cum partibus alterius stirpis congruunt, item ut in **AV** cum initio libri de fato coniunctus est. Ultima autem verba huius libri cum initio topicorum cohaerent, sc. cum illa particula (1, 4 *non potui igitur* ... 5, 28 *edictis magis*) quae librum de fato sequitur in **A** solo, nam in **V** topica omissa sunt“ [1]).

P *Palatinus Lat. 1519*, in bibliotheca Vaticana adservatus. codex membranaceus continet libros De natura deorum, sed mutilos propter nonnulla folia deperdita [2]),

1) In ed. laud., p. X. itemque Paradoxa initium faciunt post Topicorum finem, Lucullus post Paradoxa, De legibus libri post Luculli finem. ex quo cum Plasbergio concludere possumus codicis **B** stirpem prius deductam esse quam ceterorum; nam in ipso archetypi principio verba De nat. deor. I 1 (*esse debeat*) — 2 (*sententias*) unus **B** servavit: „quae quidem ... fuisse putes in prima archetypi pagina ita detrita, ut ab alterius stirpis conditore iam legi non possent (haec omisit **A**, ab initio usque ad II 16 deficit **V**)“. praeterea cum Dieckhoffio adfirmari potest „etsi **B** paulo inferioris quam **A** aetatis sit, tamen β, unde originem duxit, vetustiorem priusque ex archetypo codicum nostrorum omnium derivatum esse quam α, ex quo **AHPV** fluxerunt“ (p. 44 sq.).

2) Habet tantum I 27 (*animum*) — 75 (*pugnare te*); II 16 (*etenim si di*) — 59 (*de universo*); 63 (*pluribus verbis*) — 68 (*Dianam autem*); 111 (*tecedit obscura*) — 155 (*maxuma*); 162 (*deorum*) — 168 (*simulate*); III 6 (*Balbus sed exspecto*) — 95 (*propensior*): igitur maxima pars primi libri et tertia pars circiter secundi libri nec non initium tertii perierunt.

et De divinatione (ff. 40a^r—85^v), sed non integros, quia f. 48^v finit cum *tum quidem in* (I 51) et f. 49^r incipit cum *una facerent* (I 57)[1], f. 54^v finit cum *satu ostentorum* (I 93) et f. 55^r incipit cum *tos ad senatum* (I 100)[2]. plures librarii operam ad codicem exarandum dederunt, cuius aetatem inter saec. X et XI in. definire possumus[3]) cuiusque exemplar litteris minusculis transscriptum claris indiciis apparet[4]); quantum vero attinet ad eius conexiones cum reliquis codicibus, non est dubium quin eidem familiae, quam codd. **AVH** repetunt[5]), potissimum atque singillatim codicibus **A** (nonnumquam incorrecto) et **H** (quem autem lacunis deminutum non sequitur), saepe codici **V**[6]) coniungatur, parum frequenter contra alteri familiae, quam codd. **BFM** repraesentant[7]). eisdem transpositionibus offenditur, quibus codd. **AVB**[8]); nonnulla omisit, maxime in secundo libro: infrequentes tamen scripturae

---

1) Duo folia igitur esse deperdita expedite conicere possumus.

2) Duo folia igitur interciderunt.

3) Saeculo X tribuerunt C. Halm, p. 17; H. Ebeling, Handschriftliches zu Cicero De divinatione, Philol. 1884, p. 703; O. Plasberg, in Praefatione (p. IX) ad ed. De nat. deor., sententiam viri „peritissimi" Aemilii Monaci Romani secutus; A. S. Pease, p. 606 et De nat. deor. I, p. 65; saeculo XI contra E. Dümmler, Die handschriftliche Überlieferung d. latein. Dichtungen aus d. Zeit d. Karolinger II, Neues Archiv d. Gesellschaft f. ält. deutsche Geschichtskunde 1879, p. 280; P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 540 et Class. Rev. 1890, p. 349; A. C. Clark, p. 325.

4) Cf., ex. gr., Div. I 15 *inest in retus*, ubi *tu* lecturae errorem indicat ex *revis* codicum **VH** deductum (*ui* = *tu*), simillimum illi *ranis* cod. **A** et *rivis* codd. **BFM**; II 29 *nomine deorum atque divina*, ubi *atque* pro *vique* librarius interpretatus est, quia *u* et *a* apertam male distinxit et *t* pro *i* legit.

5) Cf. P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 349; O. Dieckhoff, pp. 21, 45.

6) Vim atque gravitatem praecipuam consequitur similitudo vel potius cognatio alterius correctoris cod. **V** cum **P**, ita ut naturam huius codicis, quem manus altera cod. **V** adhibuit, cognoscere possimus. cf. O. Dieckhoff, p. 63 sqq.

7) Non levis momenti est consensus cum **B** nondum correcto: cf., ex. gr., Div. I 18 *percussus* (corr. in *-culsus* **B**); 21 *atque — ora* om. (add. in marg. **B**). de quo cf. app. crit.

8) Cf. Div. I 20; 41; 44 (§§ 93—100 deciderunt); praeterea II 61 *nulla igitur portenta sunt* post *portentum est* scribuntur.

errores inveniuntur, ita ut **P** a librarii ipsius manu raro correctiones toleravisse adfirmemus, perraro ab altera manu[1]).

H *Leidensis Lat. 118*, in bibliotheca Academiae Lugduno-Batavae asservatus, a Nicolao Heinsio, qui olim eius possessor fuit, vocatus *Heinsianus*[2]). codex membranaceus, litteris Beneventanis exaratus saeculo XI ex.[3]), continet libros De natura deorum, De divinatione, De legibus, sed non integros, quia desunt verba *tertiae pater* (Nat. deor. III 58) – *natum accepimus* (III 59), liber I De divinatione traditur usque ad § 128 (*divinatio du*, integra pagina manifeste abscissa: alt. m. in calce scr. „Desunt hic reliqua huius libri") et liber II finit cum § 47 (*radicem quarum causam*: alt. m. in calce scr. „Reliqua huius libri hic desunt"), libri autem De legibus usque ad III 12 servantur. dubitandum non est quin **H** ex eadem archetypi stirpe (x) fluxerit, ex qua nonnulli nostri codices potiores, sed pondere atque gravitate post **AV** nec non post **B**, cuius traditionem perraro sequitur, ordinandum censemus ob multa vitia, quae inducunt ut cautus philologus coniciat aliquem correctorem haud indoctum (x^1) illam stirpem tractavisse:

---

1) Proprias ac suas lectiones continet, quae saepe rectam formam repetunt, ut (ex. gr.) Div. I 3 *eoliam*; 4 *rem p̄ pertinere*; 16 *posse* (exp.) *video*; 17 *petessit* (corr. in *peti-*); 19 *nattae*; 21 *patrata*; 29 *subscripseret* (corr. in *-rit*); 31 *abduxissent*; 36 *babilonios*; 48 *terebratum*; II 21 *quoquo* (ita **H**). de quo cf. app. crit.

2) Clarissimus philologus in calce primi folii nomen suum adscripsit.

3) De huius codicis aetate et rebus ad historiam pertinentibus cf. H. Jordan, Krit. Beiträge z. Geschichte d. latein. Sprache, Berlin 1879, p. 230sqq.; H. Deiter, De Cic. cod. Leidensi n. 118 denuo collato, Progr. Emden 1882, p. 3sqq.; P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 540 et Class. Rev. 1890, p. 348; O. Dieckhoff, p. 65sqq.; O. Plasberg, Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone De Vries. T. XVII: Cicero, De nat. deor., De div., De leg. codex Heinsianus (Leidensis 118), Lugduni Batavorum 1912, p. Isqq. et M. T. Cic. De nat. deor., p. IX; A. C. Clark, p. 324; A. S. Pease, pp. 34 et 604 (ubi IX saeculo tribuit) et M. T. Cic. De nat. deor. I, p. 65sq. (ubi XI saeculo scriptum censet); A. Lörcher, Burs. Jahresb. 1926, p. 25sq.; W. Ax, p. VIIsq.; K. Büchner, p. 8; P. L. Schmidt, p. 37sqq.

itaque codicis **H** tamquam parentem x^1 sumendum putamus. **H** nonnullos correctores habuit, quorum unus aequalis est ipsi librario, ita ut ab illo vix discerni possit (*corr.* vel *add.* **H** apud nos), alter saeculis XII–XIII tribuendus (*m. alt.* **H** apud nos), tertius aetate posterior, in quo tamen plures manus XV–XVI saeculi adgnosci significamus (*m. aliq. recent.* apud nos). neglegentia et socordia scriptus est; qua de re, etsi eidem familiae codicum **AVB** perpropinquus apparet[1]) propter illas transpositiones quae in **AVB** exstant[2]) et ex codice deductus minusculis litteris exarato, ubi *a* adhuc aperta scribebatur[3]), nihil mirandum est, cum laboret mendis atque erroribus scripturae, singulorum verborum omissionibus[4]) et gravibus lacunis offendatur[5]), correctionibus in margine (plerumque alterius manus) vel inter lineas (plerumque eiusdem manus) adscriptis oneretur[6]). itaque non inepte J. Vahlen[7]) levem auctoritatem codici **H** tribuit[8]), eum illis locis tantum adhibens, ubi textus, quem codd. **AVB** tradiderunt, aliquid obscuritatis ostendebat; abnuente C. F. Müllero,

---

1) Satis certa et frequens apparet coniunctio cum cod. **V** correcto.

2) Cf. Div. I 20; 41; 44; 97.

3) Cf. Div. I 15 *revis*; II 24 *luceat* (pro *iaceat*).

4) Cf., ex. gr., Div. I 16 *maxumi*; 57 *familiares*; 66 *inest*; 75 *qua in pugna*; 83 *viri*; 85 *furens.*

5) Cf. Div. I 21 *quorum — tenetis*; *qui populos — regebant*; *rite etiam vestri*; 76 *in quo — simia*; 77 *censeret — quiescendum*; 78 *atque — influxerit*; 103 *mea tertia — inquit*; 116 *nisi eadem docuisset* (sign. lac. add. m. alt.); 118 *alia in stellis*; II 44 *placet — coeperint.*

6) In secundo libro De divinatione correctiones alterius manus plures sunt quam prioris.

7) In Praefatione (p. VIsq.) ed. alt. De legibus, Berolini 1883. Vahlen autem codicem ipse non inspexit (parum diligenter saeculo XII tribuit), sed scripturas, quas attulit, ex Halmii commentariis desumpsit.

8) Nonnullae sunt lectiones quas laude dignas primus **H** tradit: Div. I 8 *confutet*; 12 *artis* (etiam m. alt. **V**); 17 *et lubenter*; 19 *frequentans*; 20 *ni* (etiam m. alt. **V**); 23 *casu* (ex *-sum*); 24 *pacuvius*; 32 *experiri* (etiam **B** ante corr.); 33 *cepisset*; 39 *idem* (etiam **V**, ex *isdem*); 44 *visus est*; 81 *ecfatam* (etiam **A** ante corr.); 101 *neglectum cum*; 107 *solus avem* (etiam **B** post corr.). quantum attinet ad librum II, cf. app. crit.

qui nusquam neglegendum censebat: „nedum, quae is propria habet, arbitrio correcta concedam“[1]).

R *Excerpta Hadoardi* presbyteri, quae codex *Regin. Lat. 1762*, in bibliotheca Vaticana asservatus, continet. nonnullos locos ex libris De divinatione et De fato (ff. 44—53) nec non ex Timaeo (ff. 12—19) deductos collegit[2]), sed varie et singulariter correctos, non integros, frequentibus omissionibus deminutos. membranaceus[3]), ab ipsius

---

1) M. T. Cic. scripta quae manserunt omnia, pars. IV, vol. II, Lipsiae 1878, p. XXXII. hoc codice usi sunt plerique editores, ut F. Creuzer (De nat. deor., 1818), G. H. Moser (Div., 1828), J. Bake (De leg., 1842), G. Baiter (1861), H. Jordan, p. 230sqq., E. Schramm, De Cic. libris De legibus recensendis, Diss. Marpurgi 1897. cf. etiam F. Oudendorpii collatio librorum De legibus exempli Davisiani (Cambridge 1727) margini adscripta, quae servatur in bibliotheca Leidensi.

2) Excerptorum collectio sententias ad philosophiam, arithmeticam, geometriam pertinentes comprehendit, ex Cicerone (Lucull., Tusc., Nat. deor., Div., Fat., Cat. maior., Lael., Off., Parad., Leg., Tim., De orat.), Platone, Sallustio, Macrobio, Censorino, Mart. Capella desumptas. excerpta ex libris De div. et De fato congregantur sub titulo „De divinatione fato sorteque ac somniis“, ex Timaeo contra sub titulo „De universitate quae percipi mente sensuque corporis queunt“; desunt omnino ex Topicis.

3) De hoc codice primus rettulit E. Narducci, Boll. Bibliogr. e Storia Sc. Mat. e Fis. 1882, p. 512sqq.; Atti Reale Acc. Lincei 1882—83, ser. III, Transunti vol. VII, p. 147 (etiam Di un codice frammentario Tulliano del secolo IX, ibid., p. 152sqq. et Tavole dei frammenti Tulliani contenuti nel codice Reginense 1762, ibid., p. 156sqq.); Intorno a varî commenti fin qui inediti o sconosciuti al Satyricon di Marziano Capella, Roma 1883, p. 10sqq.; Atti Reale Acc. Lincei, Rendic. 1884—85, p. 152sqq.: vestigia premens Bethmanni (Arch. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde 1874, p. 325) et Dümmleri (p. 315) saeculo IX tribuit. cf. etiam P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, pp. 430sqq., 445sqq., 525 (saec. IX tribuit) et Class. Rev. 1890, p. 349 (saec. X collocat); E. Schramm, p. 51sqq., 63 (**R** aequalis $A^2B^2F^2$); M. Manitius, Gesch. latein. Lit. d. Mittelalt., I, München 1911, p. 479 (saec. IX tribuit); R. Mollweide, Wien. Stud. 1911, p. 274sqq.; 1912, p. 383sqq.; 1913, p. 184sqq. et 314sqq.; 1914, p. 189sqq.; 1915, p. 177sqq. (qui „corpus“ Tullianum saeculo V conflatum contendit et **R** ex Hadoardi excerptis depromptum saeculis IX—X putavit: vide contra O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. XI et M. Pohlenz, in ed. Tusc. disp., Lipsiae 1918, p. V sqq., qui **R** saec. IX

librarii vel correctoris eiusdem aetatis manu correctus, sub fine saeculi IX, quantum diiudicari potest, exaratus litteris Carolinianis minusculis, ex eisdem archetypi exemplaribus (*x* et *y*) fluxisse putatur plurimis mendis ac rectis lectionibus, quae codicum **AVB** traditionem repetunt, sed persaepe ad illud exemplar *y* redit aliquo codice interposito, qui ex cod. **B** officina ortus esse videtur et ad formam speciemque perfectam cod. Florentini Marciani 257 (**F**) frequentissime accedit[1]). eius pondus in textu consti-

---

tribuit); A. S. Pease, p. 32 sq.; A. Lörcher, Burs. Jahresb. 1925, p. 147 sqq.; R. Philippson, Philol. Woch. 1930, p. 436 et 1939, p. 341 sqq. (**R** ex **F** deductum, Schwenkium secutus); P. Wuilleumier, Les manuscrits principaux du Cato Maior, Rev. Philol. 1929, p. 61 (saec. X tribuit); C. H. Beeson, The Collectaneum of Hadoard, Class. Philol. 1945, p. 201 sqq. (IX—X saec. tribuit); K. Bayer, p. 111 (**R** ex **F**² desumptum putat saeculo X—XI); F. Pini, p. 22 sq.; B. Bischoff, p. 57 (saec. IX tribuit); R. Badalì, pp. 20 et 31 sq.; K. Büchner, p. 10, et P. L. Schmidt, p. 134 (qui saec. IX tribuunt). de rebus ad historiam pertinentibus cf. P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 399 sqq.; R. Mollweide, Wien. Stud. 1911, p. 274 sqq.; M. Manitius, p. 478 sqq.; C. H. Beeson, p. 205; B. Bischoff, p. 50 sqq.; P. L. Schmidt, p. 134 sqq.

1) Cf. Div. I 129 *obtinent*; II 17 *necesse est*; 21 *igitur divinatio* (om. *ista*); 24 *portendi dixerunt*; 33 *fidibus alios* (ex *aliis* corr. m. alt. **F**); Fat. 26 *quid est quod*; 36 *modi quo* (om. *cum*, ita **M**); Tim. 6 *nec dictu*; 8 *cognitio* (etiam **V** et m. pr. **ABM**); 11 *ducamus* (etiam **A**); 19 *quibus* (*bus* exp. **M**) *unus* (etiam **M**); 26 *quem ille* (etiam **M**); 28 *eaedem* (etiam **M**); 31 *bifaria* (etiam **AM**); 37 *pene* (etiam **M**); *emersi errorem* (etiam **M**). his exemplis adicienda sunt nonnulla alia: Div. I 2 *memoria* (etiam **BM**); II 24 *dixerint* (etiam **BM**); 25 *certe* (etiam **B** et m. pr. **M**); 139 *maiora* (etiam **BM**); Fat. 34 *ignes* (etiam **BM** et m. alt. **A**); Tim. 14 *devincta* (etiam **ABM**); *fuerunt* (etiam **M**); 19 *figuratus sit* (etiam **BM**); 24 *eadem proportione comparatum* (etiam **M**); 25 *celeritates et* (etiam **ABM**); 28 *ciere* (etiam **BM**); *firmat verequae* (etiam **BM**); 35 *ex igni* (etiam **BM** et m. alt. **A**); 40 *declarantur* (etiam **BM**); 50 *quae vim habeant frigoris et caloris quae vim habeant refrigerandi calfaciendi* (etiam **ABM**); praeterea Div. I 128 *dicuntur* (etiam **MP**); Div. I 126 *factum* (ita **HF**, *c* exp. **B**). denique **R** coniungitur: Div. II 15 *caderet* (cum **B**); 19 *casu aut* (cum **B**); Fat. 32 *dicit* (cum **B** et m. alt. **A**); Tim. 13 *audiendum* (cum **B** et **VM** m. pr., cum **A** m. alt.); 31 *quia* (cum **BV**, ita habet m. alt. **F**); Div. I 124 *pauciora divina* (cum **M** et m. alt. **V**, ita habet m. alt. **F**); Div. II 11 *quis eorum* (cum **BM**); Fat. 25 *a phisicis inrideamur* (cum **M**); Tim. 23 *sesqualteris autem* et *sesquioctavis sumptis* (cum **M**); 34 *effinxerat* (cum

tuendo gravis momenti non est existimandum; tamen aliquas lectiones in critico commentario inseruimus, non minus quam codicum **F** et **M** (= Monacens. Lat. 528), ita ut quae sint cognationes inter codices, qua ratione et via **R** ad archetypi stirpem redeat et quibus exemplaribus usus sit in florilegio conficiendo, dilucide perspici possit.

F *Florentinus Marcianus Lat. 257*, in bibliotheca Laurentiana asservatus post varias translationes.[1]) codex membranaceus, medio saeculo IX exaratus litteris Carolinianis minusculis[2]), eadem opera eodemque ordine continet quae **AVB** (etiam Topica tradit), quibus arte coniungitur ob transpositiones iam antea illustratas[3]); ab ipso librario vel eiusdem aetatis correctore emendatus est, inde a nonnullis correctoribus recentioris aetatis, qui inter lineas (perraro in margine) correctionem addiderunt vel potius in littera corrigenda imposuerunt. parum fre-

---

M); 50 *effecit* (cum **M** et m. alt. **VB**). lectionibus his perpensis manifestum apparet codicem **R** aliis exemplaribus usum esse, quae praecipue ex codicis **B** stirpe fluxerunt. de hac quaestione cf. P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 349; O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. XI; C. H. Beeson, p. 216; A. S. Pease, in ed. De nat. deor. I, p. 85; K. Bayer, pp. 103, 106, 111 (sed ex **F**² fluxisse putat); R. Badalì, p. 20.

1) De rebus ad historiam pertinentibus cf. A. Reifferscheid, Krit. Beiträge zu Cicero De legibus, Rhein. Mus. 1862, p. 269 sq. (singillatim p. 295 sq.); H. Ebeling, p. 705 sqq.; P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 524 et Class. Rev. 1890, p. 348 sq.; A. S. Pease, p. 606 et in ed. De nat. deor., p. 65; F. Pini, p. 22; P. L. Schmidt, p. 122 sq. et Die handschriftl. Überlieferung von De legibus, Colloquium Tullianum 1972 (diss. nondum edita). de hoc codice fusius tractavit A. C. Clark, p. 325 sq.

2) De hac aetate cf. B. Bischoff, p. 52 sqq.; K. Büchner, p. 8; P. L. Schmidt, p. 121 sq.; X saec. contra viri docti fere omnes hunc cod. exaratum putant. tantum A. Reifferscheid, p. 295 sq., H. Ebeling, p. 705, W. Friedrich, Philol. Anz. 1885, p. 271 saeculo XI tribuunt; G. Pascucci contra in „Colloquio Tulliano" nuper habito (1972), recognoscens mediae aetatis, quae dicitur, codices ad libros De legibus pertinentes, praecipue cod. Marcianum 257 (haec disputatio nondum in lucem prodiit), codicem **F** saeculo IX ex. adscribit.

3) Cf. Div. I 20; 41; 97; Tim. 38—43: sed vv. *pecus — pulchritudine* et *duos — eligi* (Div. I 44) recto ordine solus tradidit.

quenter singulorum verborum omissiones inveniuntur et lacunae, nisi quod post verba *ordire consideramus hic* (Fat. 4) extrema pars alterius columnae (f. 54^v) vacua est, itemque prior columna f. 55^r, quasi librarius lacunosum esse textum indicare voluerit, et libri De fato finem faciunt verba *disceptari oportet* (initium § 46) in medio folio 58^r, sine subscriptione. manifesto apparet codicem **F** ipsi **B** [1] colligari permultis et diversis exemplis, quae longum est enumerare, sed silentio praeterire non possumus codicem Florentinum plus quam semel errores codicis **B** fugere, ut (ex. gr.) in Div. I 56 *humanavisset* **B**, *na* exp. **F**; 68 *sanguinem* **B**, *-ne* **F**; 70 *animas* **B**, *-os* **F**; 72 *ventis* **B**, *eve-* **F**; 74 *arculis* **B**, *herc-* **F**; II 15 *cadere* **B**, *-ret* **F**; 18 *casu aut* **B**, *c. et* **F**; 20 *primo altero* **B**, *p. alteram* **F**; 27 *factique* **B**, *fic-* **F**; 50 *ededisset* **B**, *edi-* **F**. singulari et propria natura vacat, sed non parvi momenti est ad adfinitates cum aliis codd. designandas percipiendasque, in primis cum codd. **AB** eorumque prioribus correctoribus nec non Hadoardi excerptis et codice **M**. [2]

M *Monacensis Lat. 528*, in bibliotheca Academiae Monacensis asservatus. [3] codex membranaceus, [4] saeculo X–XI exaratus litteris Carolinianis minusculis, eadem

---

1) Saepenumero **B** correctum repetit (cf. E. Schramm, pp. 51 sqq. et 63), sed aliquando correctionem ignorat, ut, ex. gr., in Div. I 107 *autem*, corr. in *avem* (recta lectio est) **B**, *autem* **F**; in Div. II 38 contra *oriatur aut* (recta lectio est), corr. in *o. ut* **B**, *oriatur aut* **F**; in Div. I 5 *unos* **B**, *unos* corr. in *-us* **F**; in Div. I 59 *tradisse* **B**, *-didisse* ex *tradisse* **F**: certe aliunde desumptae sunt, fortasse prioris correctoris cod. **A** vel eiusdem **A** auctoritate, cuius textum praesto habuit. cf. K. Bayer, pp. 106, 111; R. Badalì, p. 19.

2) Igitur **F** una cum cod. **M** removendum, ut voluit A. C. Clark, non putamus. cf. P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 350 („codice **F** ignorato cognosci non potest Monacensis natura, qui cum illo ita cohaeret ut ... fortasse ex ipso **A** vel quodam eius apographo multas lectiones receperit").

3) De rebus ad historiam pertinentibus cf. P. Schwenke, Philol. Suppl. 1889, p. 524 et Class. Rev. 1890, p. 349; A. S. Pease, p. 606 et ed. De nat. deor. I, p. 66; F. Pini, p. 23; P. L. Schmidt, p. 152 sqq.

4) De hoc codice, praeter viros doctos in praecedenti adnot. laudatos, fusius tractaverunt O. Dieckhoff, p. 73 sqq.; R. Badalì, p. 21 sq.; nonnulla addiderunt O. Plasberg, in ed. De nat. deor., p. XI et in ed. Acad., p. XXIV; A. C. Clark, p. 325.

opera eodemque ordine continet quae **AVB** (sed Topica desunt, ut in cod. **V**); emendationes tulit ab ipsius librarii manu vel a correctore nunc eiusdem aetatis, nunc recentiore, qui dissimili fonte usi sunt, ita ut adfirmari possit codicem **M** modo **B** et **B²** atque **F** et **F²**, modo **A** eiusque stirpem sequi.[1]) nonnullis transpositionibus[2]) omissionibusque laborat[3]), correctionibus inter lineas additis vel in margine[4]); in textu constituendo gravem auctoritatem praedicare non potest, sed digni sunt qui commemorentur duo loci saltem: Div. I 14 *vocibus instat* (etiamsi post correctionem, ex *-ant*) et 22 *patriae vacat iis* (etiamsi post correctionem, ex *p. vocatis*), quibus recta lectio designatur.

Restat ut pauca dicamus de aliquot codicibus, qui, quamvis tenue auxilium ad textus restaurationem adferant, tamen diligentibus lectionibus plane non sunt destituti. quantum attinet ad libros De divinatione codex *Phillippicus 1794* (**L**), saeculi XII, membranaceus, litteris Gothicis minusculis exaratus, cum **V** fere semper coniunctus, adnumerari potest, cuius librarius certis indiciis demonstrat se alteram manum codicis **V** non ignorare; laude dignae exstant hae lectiones: Div. I 14 *acredula*, quam tantum Isidorus (Etym. XII 7, 37) servat; I 20 *ni prius*; I 29 *fuisset*; I 31 *regiones* (ita etiam **F**); II 28 *inimica*.[5])

---

1) Cf. O. Dieckhoff, pp. 74sq., 77; P. Schwenke, Class. Rev. 1890, p. 349.

2) Cf. textus transpositiones iam antea commemoratae: Div. I 20; 41; 97; Tim. 38—43 (Div. I 44 *duos — eligi* omisit); praeterea verba *ubi ergo — esse sublata* (Div. II 77) post *augur optimus* ordinantur (ita **F**).

3) Cf. praecipue Div. I 4 *rem pertinere*, om. *publicam* (ita **F**); Fat. 41 *ne ille quidem — potestate* (ita **F**); ex quo manifestum apparet codicem **F** potissimum eius fontem fuisse; sed praeterire non possumus codicem **M** integrum De fato fragmentum tradidisse (**F** caret §§ 46—48): itaque alio exemplari usus est, saltem ad illas paragraphos supplendas.

4) Eas generatim manus recentior adscripsit (cf. Div. II 18 *φιλιππίζειν*), quae tamen plus quam semel etiam inter lineas correxit.

5) Animadvertendum est editionem Romanam 1471 plane ostendere quandam adfinitatem cum cod. **L**, vel potius cum codice illi consanguineo.

Praeterea in textu libri De fato constituendo aliquas lectiones felices attulimus ex codicibus *Parisino Lat. 17812* (*Nostradam.* = **N**), saeculi XII[1]) et *Strozziano 37* (*Strozz.*), saeculi XIV[2]); in Timaei recensione contra plus quam semel usi sumus codicibus *Parisino Lat. 6333* (**D**), saeculi XIII, et *Escorialensi V III 6* (E), saeculi XIII ex.[3]), nec non *Ambrosiano Lat. E 15 inf.* (*Ambros.*), saeculi XIV[4]), *Erlangensi 618* (*Erlang.*), saeculi XV[5]), *Parisino Lat. 6624* (*Paris.*), saeculi XV[6]), *Rossiano Lat. 559* (*Ross.*), saeculi XV[7]), *Vaticano Lat. 1759* (*Vatic.*), saeculi XV[8]).

Denique singularis vis atque auctoritas tribuenda nobis videtur codici *Vossiano Lat. Q 10* (S), in bibliotheca

---

1) Fat. 7 *esse pituitosos* (ita *Strozz.*); 27 *eversa vera est* (*est vera* **E**), quod restituerunt Turnebus („ex libris scriptis") et Lambinus; 33 *divinatione ducuntur*, quod coniecit Madvig; 41 *si ipsae non sunt* (ita *Strozz.*).

2) Fat. 4 *an mihi* (ita *Escor. S I 18*, saec. XIII); 7 *esse pituitosos*; *differunt*, quod coniecit Davies; 20 *at qui* **O** (*atqui qui* trad. *Strozz.*); 28 *Hortensius vera* (ita Davies ex codd. suis); 34 *dicatur* (ita cod. Eliens., teste Davisio, et cod. Erlang.); 41 *ipse* (*ipsae* **N**) *non sunt.*

3) De Paris. Lat. 6333 et Escor. V III 6 fusius tractavimus in dissertatione, quae inscribitur Il testo del „Timeo" ciceroniano nei codd. Paris. Lat. 6333 ed Escor. V III 6 (in opere: Ricerche sul testo del „Timeo" ciceroniano, Roma 1967, p. 5sqq.): **D**, cum cod. S mire coniunctus, diligenter tradit Tim. 4 *sibi proponet*, 24 *CCLVI*, 25 *sex partes* (om. *caeli*); **E** contra Tim. 28 *in iis ... in iis*, 48 *pone et ad laevam* (ita *Ross.*).

4) Cf. R. Sabbadini, Rend. Ist. Lomb. Sc. Lett. 1907, p. 512 et Athen. 1913, p. 13sqq.; recte lacunam agnovit post *continentur* (Tim. 28), praeeunte marg. cod. **V**, et diligentem lectionem trad. in Tim. 46 *alios in terram.*

5) Cf. H. Fischer, Die latein. Papierhandschriften, Erlangen 1936, p. 322sqq.; recte lacunam agnovit post *consumpsimus* (Tim. 2).

6) Cf. C. Fries, Rhein. Mus. 1900, p. 46sqq.; rectae lectiones exstant: Tim. 2 *romam* (in marg. *roma*); 5 *ortus sit ab* (ita *Ross.*); 8 *avemus* (in marg.).

7) Rectae lectiones sunt: Tim. 5 *ortus sit ab* (ita *Paris.*); 13 *igni*; *aspici ac videri* (praeeunte S); 30 *quando igitur sibi*; 35 *universi naturae*; 48 *pone et ad laevam* (praeeunte **E**).

8) Rectae lectiones exstant: Tim. 44 *concitatum coniunctumque*; 45 *aqua atque terra.*

Academiae Lugduno-Batavae asservato.[1]) codex membranaceus, continet Calcidii commentarium in Platonis Timaeum de Graeco in Latinum translatum, Ciceronis interpretationem (ff. 38r—43v), Hermetis Trismegisti ad Asclepium dialogum, Apuleio false tributum, Apulei opera ad philosophiam pertinentia (De Platone et eius dogmate, De mundo, De deo Socratis) et epistulam[2]) de ordinando pontifice contra Henricum III imperatorem. plures librarii operam dederunt in codice conscribendo, sed omnes litteris Carolinianis minusculis, ita ut, etiam repetentes aetatem designatam in epistula paulo ante laudata, saeculo XI sine dubio eum tribuamus.[3]) arte coniungitur cum codd. **AVB**, maxime cum cod. **V** vel in recta vel in prava lectione, quam vero nonnumquam correxit codicum **AB** auxilio[4]): persaepe lectiones cod. **V** correcti recipit[5]). sed plurimos locos solus recte restituit:

1) De rebus ad historiam pertinentibus cf. L. Bethmann, Handschriften aus d. Universitätsbibliothek in Leiden, Arch. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde 1843, p. 572sq.; G. Waitz, Neues Arch. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde 1878, p. 167sq.; C. Beyer, Forsch. z. deutschen Geschichte 1880, p. 573sqq.; F. Pini, Varianti del cod. Voss. Lat. Q 10 al testo del Timeo, Ciceron. 1960, p. 161sqq. et ed. Tim., p. 23sqq.

2) Haec epistula, conscripta mortuo Gregorio VI pontifice et ante Damasi II electionem, anno 1048 collocari potest: igitur codicis aetatem expresse et distincte definit.

3) Cf. F. Pini, Ciceron. 1960, p. 161sqq.; Varianti del cod. Voss. Lat. Q 10 al testo delle opere filosofiche di Apuleio, Giorn. Ital. Filol. 1970, p. 21sqq.

4) Transpositionem illam §§ 38—43 servat, quae exstat in codd. **AVBFM**. non desunt omissiones singulorum verborum et lacunae (15 *quodque — id*; 25 *celeritates — dispares*; 33 *se numero — errores*); correctiones parum frequentes inveniuntur, nunc ipsius librarii, nunc manus paulo posterioris.

5) Tim. 6 *invenerit* (ex *-ni-* **V**); 10 *facere eum* (ex *f. et* **V**); 19 *cogeret* (ex *coieret* **V**); 47 *ambitu* (ex *-us* **V**). ad cod. **V** accedit: 14 *conferatur et id*; 20 *effigit*; 23 *partem praestantem* (sed in *parte* corr. **V**); 28 *ratio a. vetera* (*te* exp. **V**); *sensus et*; 31 *orbes*; 34 *et finxerat*; 36 *quidque autem*; 38 *progenie* (corr. in *e prog.* **V**); 42 *incorrupta aut*; 46 *essent reliquum.* de cod. **S** cum **A** cognatione documenta certa sunt: Tim. 11 *ducamus* (ita **FR**); 13 *proportione* (ita **B**); 16 *excideret* (corr. in *exce-* **AB**); 24 *quae regione* (ita **B**); 28 *firmat vereque* (ita **FMR**); 32 *generatas* (*s* eras. **A**); 47 *inliquetis*;

Tim. 6 *idem et sui*; 14 *trium* (ita **R**); *se ipsum* (ita **D** et corr. **M**, ex *ipse*) *et ea*; 16 *alter*; 17 *omnes formae* (ita **DE**); 19 *corporis*; 22 *alienam quae*; 24 *sex* (ita **D**, sup. add. **FM**); 37 *eorum qui*; 39 *usurpari* (corr. in *-are* m. alt.); 45 *expertia*; 48 *inligabant*.[1])

Nobis huius praefationis finem impositurís animadvertendum est virorum doctorum coniecturas, quamvis non semper necessarias, saepe in apparatu esse additas ea causa, ut acerrimi existimatores maiorem utilitatem capiant in textu recensendo atque loci corrupti vel obscuri satis superque explicentur.

Denique facere non possumus quin maximas et singulares gratias agamus Raphaeli Giomini, litteris Latinis Graecisque tradendis doctori, qui in plagulis emendandis summa cura et labore nobis adfuit, nec non Mariae Laetitiae Coletti atque Mariae Silvanae Celentano, discipulis nostris et adiutricibus in Romana Studiorum Universitate, quae in conficiendis indicibus diligentissime nos adiuverunt.

Lavinii, Idibus Februariis anno MCMLXXIV

---

52 *aspectu*; cum **VB**: 8 *consequimur* (corr. in *-emur* **VB**); 20 *solivago volubili* (ita **M**); 38 *haberet* (*t* exp. **V**); cum **AVB**: 47 *cognovisset* (corr. in *-sent* **AVB**); cum **M** denique: 2 *proficiscentem* (ita **F**); *percontatione*; 17 *speroyden*; 43 *oriretur* (ita **F**).

1) Probabiles lectiones exstant: Tim. 6 *unum idemque* (ita **D**); 12 *pluris et*; 14 *planum atque*; 17 *maxime sibi cognatam* (ita **D**); *effici*. ex his exemplis non levis momenti videntur lectiones, quas cod. **D** tradidit. etiam **E**, quamvis raro, cod. **S** traditionem repetit, quia omisit verba *quodque anima aquae* (§ 15) et habet verba *figurae eius sit* (§ 19).

CONSPECTVS EDITIONVM QVAE IN APPARATV CRITICO LAVDANTVR

Rom.	= Rom. 1471
Ven.	= Ven. 1471 (*Div.*, *Fat.*)
Ven. 1474	= Ven. 1474 (*Tim.*)
Ven. 1477	= Ven. 1477 (*Tim.*)
Valla	= Ven. 1485 (*Tim.*)
Ven. 1494	= Ven. 1494
Ven. 1496	= Ven. 1496
Mediol. 1498	= Mediol. 1498
Bonon. 1499	= Bonon. 1499
Marsus	= Ven. 1508 (*Div.*)
Asc.	= Paris. 1511
Asc. 1521	= Paris. 1521
Aldus	= Ven. 1523
Crat.	= Basil. 1528
Camerarius	= Basil. 1534
Victorius	= Paris. 1536
Stephanus	= Paris. 1538—39
Perionius	= Paris. 1540 (*Tim.*)
P. Manutius	= Ven. 1541
Sturm	= Strassburg 1541
Ramus	= Paris. 1550
Turnebus	= Paris. 1552
Lambinus	= Paris. 1565—66
Aldus Nepos	= Ven. 1583
Ursinus	= Genav. 1584
Gruter	= Hamburg 1618—19 (cum notis postumis J. Gulielmi)
Pearce	= Amstelodam. 1677
Gronovius	= Leid. 1692
Davies	= Cantabrig. 1721 (*Div.*, *Fat.*)
Davies 1730	= Cantabrig. 1730 (*Div.*, *Fat.*)
Ernesti	= Lips. 1737—39
Olivetus	= Paris. 1740
Hottinger	= Lips. 1793 (*Div.*)
Bremi	= Lips. 1795 (*Fat.*)
Rath	= Halle 1807 (*Div.*, *Fat.*)
Schütz	= Lips. 1816
Orelli	= Turic. 1826—31

Moser	= Francofurt. 1828 (*Div.*, *Fat.*)
Giese	= Lips. 1829 (*Div.*)
Allen (Alanus)	= London 1839 (*Div.*, *Fat.*)
Klotz	= Lips. 1851–56
Christ	= Turic. 1861–62 (*Div.*, *Fat.*): ed. Orelli-Baiter-Halm 1845–62
Baiter	= Lips. 1860–69 (in ed. Orelli-Baiter-Halm *Timaeus* editus est a. 1861 ex Baiteri recensione): ed. Baiter-Kayser (*Timaeus* editus est ex Kayseri recensione a. 1863)
Müller C. F. W.	= Lips. 1878
Thoresen	= Haun. 1894 (*Div.*)
Plasberg	= Lips. 1908 (*Tim.*)
Heeringa	= Leid. 1909 (*Div.*)
Pease	= Urbana 1921 (*Div.*)
Falconer	= London 1923 (*Div.*)
Ax	= Lips. 1938
Yon	= Paris. 1944 (*Fat.*)
Bayer	= München 1963 (*Fat.*)
Pini	= s. l. 1965 (*Tim.*)

Tragicorum Graecorum fragmenta laudantur ex rec. A. Nauck (*T. G. F.*), Lipsiae 1889²;
Doxographi Graeci ex rec. H. Diels, Berolini 1879;
Vorsokratiker ex rec. H. Diels-W. Kranz, Berolini 1934–37⁵;
Stoicorum Veterum fragmenta ex rec. I. von Arnim, Lipsiae 1902–05;
Anecdota Graeca ex rec. P. Matranga, Romae 1850;
Naevii fragmenta ex rec. S. Mariotti, Romae 1966²;
Ennii fragmenta ex rec. J. Vahlen, Lipsiae 1903²;
Pacuvii et *Accii fragmenta* ex rec. O. Ribbeck (*T. R. F.*), Lipsiae 1897³;
Lucilii fragmenta ex rec. F. Marx, Lipsiae 1904;
Varronis Saturae Menippeae ex rec. F. Bücheler, Berolini 1882;
Ciceronis poetica fragmenta ex rec. A. Traglia, (s. l.) 1963;
Festus et *Paul. Festus* ex rec. W. M. Lindsay, Lipsiae 1913;
Nonius Marcellus ex rec. W. M. Lindsay, Lipsiae 1903;
Charisii Ars grammatica ex rec. C. Barwick, Lipsiae 1964;
Historicorum Romanorum reliquiae ex rec. H. Peter (*H. R. R.*), Lipsiae 1914²;
Fragmenta Poetarum Romanorum ex rec. Ae. Baehrens (*F. P. R.*), Lipsiae 1886;
Anthologia Latina ex rec. A. Riese (pars prior, fasc. I et II), Lipsiae 1894² et 1906²; ex rec. F. Bücheler (pars poster., *Carm. Lat. Epigr.*, fasc. I et II), Lipsiae 1895 et 1897;
Rhetores Latini minores ex rec. C. Halm (*R. L. M.*), Lipsiae 1863;
Grammatici Latini ex rec. H. Keil (*G. L. K.*), Lipsiae 1857.

CONSPECTVS LIBRORVM

Alfonsi, L., Cicerone filosofo, in: M. T. Cicerone, Scritti commemorativi pubblicati nel bimillenario della morte, Roma 1961

—, Su un passo delle „Leggi“ ciceroniane, La parola del passato 18, 1963, 59sqq.

Atzert, C., De Cicerone interprete Graecorum, Diss. Gottingae 1908

Ax, W., De hiatu qui in fragmentis priscae poesis Romanae invenitur, Diss. Gottingae 1917

Bacherler, M., Die Namengebung bei den latein. Prosaikern, Woch. f. Klass. Philol. 33, 1916, 47sq.

Badalì, R., M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum, s. l. 1968

—, Sui codici dei „Paradoxa“ di Cicerone, Riv. di Cult. Class. e Med. 10, 1968, 27sqq.

Bayer, K., M. T. Ciceronis De fato, München 1963

Beeson, C. H., The Collectaneum of Hadoard, Class. Philol. 40, 1945, 201sqq.

—, Lupus of Ferrières and Hadoard, Class. Philol. 43, 1948, 190sq.

Bergk, Th., Quaestionum Ennianarum specimen, in: Kleine philol. Schriften, I, Halle 1884, 211sqq. (= Bergk[1])

—, Zu den latein. Komikern, ibid., 379sqq. (= Bergk[2])

—, De carminum Saliarium reliquiis,ibid., 478sqq. (= Bergk[3])

—, Zu Sallust, ibid., 651sqq. (= Bergk[4])

Bethmann, L., Handschriften aus der Universitätsbibliothek in Leiden, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 1843, 572sq.

Bischoff, B., Hadoard u. d. Klassikerhandschriften aus Corbie, Mittelalterliche Studien I, Stuttgart 1966, 49sqq.

Boesch, F., De codice Ciceronis Leidensi Perizoniano in folio n. 25, in: Schedae philologae Hermanno Usener oblatae, Bonnae 1891, 76sqq.

Boyancé, P., Cicéron et les semailles d'âmes du Timée, Romanitas 3, 1961, 111sqq.

Buescu, V., Cicéron, Les Aratea, Paris-Bucarest 1941

Büchner, K., M. T. Cic. De legibus, (s. l.) 1973

Castiglioni, L., Athenaeum N. S. 17, 1939, 88sq. (rec. ad Axii edit. Lipsiae 1938)

Celentano, M. S., Cicerone Tim. 13, Riv. di Cult. Class. e Med. 13, 1972, 116sqq.

Clark, A. C., The Descent of Manuscripts, Oxford 1918
Cobet, C. G., Variae lectiones, Mnemosyne 2, 1853, 390sqq.
Coppola, C., Animadversiones grammaticae in Cic. Div. II 39, 81, Latinitas 17, 1969, 276sqq.
Costanzi, V., Etrusci haruspices, Riv. di Filol. Class. 52, 1924, 341sqq.
Cuendet, G., Cicéron et Saint Jérôme traducteurs, Rev. Ét. Lat. 11, 1933, 380sqq.

D'Anna, I., M. Pacuvii fragmenta, Romae 1967
Dederich, A., Quaestiones philologicae, Jahresbericht Gymn. Emmerich 1851–52, 1sqq.
De Graff, T. B., Timaeus 41 A, Class. Weekly 35, 1942, 244sq.
Deiter, H., Zum Codex Vossianus 86 des Cicero, Rhein. Mus. 37, 1882, 314sqq. (= Deiter[1])
—, De Ciceronis cod. Leidensi n. CXVIII denuo collato, Progr. Emden 1882 (= Deiter[2])
—, De Ciceronis codd. Vossianis 84 et 86 denuo excussis, Progr. Aurich 1885–86 (= Deiter[3])
—, Kritische Bemerkungen zu Ciceros philosophischen Schriften, Philologus 46, 1888, 176sq. (= Deiter[4])
—, Zu Caesar und Cicero, Philologus 47, 1889, 677 (= Deiter[5])
—, Kritische Bemerkungen zu Ciceros philosophischen Schriften, Philologus 65, 1906, 319 (= Deiter[6])
Delaruelle, L., Études critiques sur le texte du De divinatione, Rev. de Philol. 25, 1911, 231sqq.
Della Casa, A., Nigidio Figulo, Roma 1962
Detlefsen, D., Über eine Cicero-Handschrift der k. k. Hofbibliothek, Sitzungsber. Akad. Wien, Philos.-hist. Classe 1856, 110sqq.
Dieckhoff, O., De Ciceronis libris de natura deorum recensendis, Diss. Gottingae 1894
Dobree, P. P., Adversaria, V, Berolini 1874, 4
Drechsler, F., Zu Cicero de div. II 59, 121, Wiener Studien 8, 1886, 168sq.
Dumézil, G., L'inscription archaïque du Forum et Cicéron De Div. II 36, Recherches de Science Relig. 39, 1951, 17sqq.
Dümmler, E., Die handschriftl. Überlieferung der latein. Dichtungen aus der Zeit der Karolinger, II, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 1879, 241sqq.
Durand, R., La date du De divinatione, Mélanges Boissier, Paris 1903, 176sqq.

Ebeling, H., Handschriftliches zu Cicero De divinatione, Philologus 43, 1884, 702sqq.
Eitrem, S., Varia, Symb. Osl. 23, 1944, 106

Engelbrecht, A., Zu Ciceros Übersetzung aus dem platonischen Timaeus, Wiener Studien 34, 1912, 216 sqq.
Ewbank, W. W., The Poems of Cicero, London 1933

Falconer, W. A., Class. Philol. 18, 1923, 310 sqq. (rec. ad Durandii opusc.)
Fischer, H., Die latein. Papierhandschriften, Erlangen 1936
Frassinetti, P., Pacuviana, in: Ἀντίδωρον H. H. Paoli oblatum, Genova 1956, 96 sqq.
Friedrich, W., Zu Ciceros philosoph. Schriften, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 127, 1883, 421 sqq. (= Friedrich¹)
—, Philol. Anzeiger 15, 1885, 515 sqq. (rec. ad Deiter³) (= Friedrich²)
—, Zu Ciceros Topica, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 139, 1889, 281 sqq. (= Friedrich³)
Fries, C., Untersuchungen zu Ciceros Timaeus, Rhein. Mus. 54, 1899, 555 sqq. (= Fries¹)
—, ibid. 55, 1900, 18 sqq. (= Fries²)
—, Zu Ciceros Timaeus, Woch. f. Klass. Philol. 18, 1901, 246 sqq. (= Fries³)
—, Zum Ciceronischen Timaeusfragment, Woch. f. Klass. Philol. 20, 1903, 1075 sqq. (= Fries⁴)

Gamberale, L., L',,acredula" di Cicerone: una variante d'autore?, Studi Ital. di Filol. Class. N. S. 43, 1971, 246 sqq.
Gercke, A., Chrysippea, Neue Jahrb. Suppl. 14, 1885
Giambelli, C., Di Posidonio fonte principale del II libro del De natura Deorum di M. Tullio Cicerone, Riv. di Filol. Class. 31, 1903, 452 sqq.
Gigon, O., Die Szenerie des Ciceronischen Hortensius, Philologus 106, 1962, 222 sqq.
Giomini, R., Ricerche sul testo del Timeo ciceroniano, Roma 1967: 1. Il testo del Timeo ciceroniano nei codici Paris. Lat. 6333 ed Escor. V III 6; 2. Platone Tim. 28a e Cicerone Tim. 2, 3 (= Giomini¹)
—, Cicerone Tim. 6, 17, Riv. di Cult. Class. e Med. 10, 1968, 59 sqq. (= Giomini²)
—, Osservazioni sul testo del Timeo ciceroniano, Helikon 8, 1968, 360 sqq. (= Giomini³)
—, Osservazioni sul testo del Timeo ciceroniano, Riv. di Cult. Class. e Med. 11, 1969, 251 sqq. (= Giomini⁴)
—, Problemi cronologici e compositivi del De Divinatione ciceroniano, Roma 1971 (= Giomini⁵)
—, Emendamenti e precisazioni al testo del Timeo di Cicerone, in: Studi Classici in onore di Q. Cataudella, III, Catania 1972, 115 sqq. (= Giomini⁶)
Glucker, I., Ciceroniana, Eranos 68, 1970, 231 sq.
Goar, R. J., The Purpose of the De Divinatione, Trans. Proc. Amer. Philol. Ass. 99, 1968, 241 sqq.

Goold, G. P., Adversaria Maniliana, Phoenix 13, 1959, 109
Grilli, A., Studi Enniani, Brescia 1965

Häfner, S., Die literarischen Pläne Ciceros, Diss. München 1928
Hale, W. G., Syllabification in Roman Speech, Harvard Studies 7, 1896, 249 sqq.
Halm, C., Zur Handschriftenkunde der ciceronischen Schriften, Progr. München 1850
Harder, F., Acredula – ὀλολυγών, Glotta 12, 1923, 137 sqq.
Hartfelder, C., Die Quellen von Ciceros zwei Büchern De divinatione, Freiburg i. B. 1878 (= Hartfelder[1])
—, Zu Cicero De divinatione I 3, 5, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 118, 1879, 270 (= Hartfelder[2])
Haupt, M., Neun Emendationen, in: Opuscula, I, Lipsiae 1875, 208 sq.
Havet, L., Le ms. B de Cicéron De natura deorum, Rev. de Philol. 42, 1886, 188
Heeringa, D., Quaestiones ad Ciceronis De divinatione libros duos pertinentes, Diss. Groningae 1906 (= Heeringa[1])
—, Noch einmal De divinatione, Philologus 68, 1909, 560 sqq. (= Heeringa[2])
Hermann, C. F., De interpretatione Timaei Platonis dialogi a Cicerone relicta, Diss. Gottingae 1842
Hirzel, R., Untersuchungen zu Ciceros philosophischen Schriften, Leipzig 1887
—, Der Dialog, Leipzig 1895
Hochdanz, F., Quaestiones criticae in Timaeum Ciceronis e Platone transscriptum, Nordhausen 1880
Housman, A. E., Ciceroniana, Journ. of Philol. 32, 1913, 261 sqq.
Humbert, J., À propos de Cicéron traducteur de Platon, in: Mélanges de Philologie, Paris 1940, 197 sqq.

Jeep, J., Zu Ciceros Reden, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 81, 1860, 613 sqq.
Jones, D. M., Cicero as a Translator, Bull. Inst. Class. Stud. Univ. London 6, 1959, 22 sqq.
Jordan, H., Kritische Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sprache, Berlin 1879

Kenter, L. P., M. T. Cicero De Legibus, A Comm. on Book I, Amsterdam 1972
Kleywegt, A. J., Fate, free will, and the text of Cicero (ad Fat. 44), Mnemosyne 26, 1973, 342 sqq.
Klotz, A., Berl. Philol. Woch. 36, 1916, 1142 (rec. ad Skassisium)
Klotz, R., Kritische Miscellen, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 71, 1855, 202 sqq.
Kumaniecki, C., M. T. Cic. De oratore, Lipsiae 1969

Lehmann, C. A., Quaestiones Tullianae, I, Lipsiae 1886
Leo, F., Plautinische Forschungen, Berlin 1912[2]

Linderbauer, P. B., De verborum mutuatorum et peregrinorum apud Ciceronem usu et compensatione, Progr. Metten 1892—93
Lockwood, J. F., London Manuscripts of Cicero De Divinatione and Asconius, Class. Quart. 33, 1939, 153sq.
Löfstedt, E., Sprachliche und epigraphische Miszellen, Glotta 4, 1912, 253sqq.
Lörcher, A., De compositione et fonte libri Ciceronis qui est De fato, Diss. Phil. Halis 1907 (= Lörcher[1])
—, Das Fremde und das Eigene in Ciceros Büchern De finibus bonorum et malorum und den Academica, Halle 1911
—, Burs. Jahresber. 1913, 1sqq. (= Lörcher[2])
—, Burs. Jahresber. 1925, 147sqq. (rec. ad Mollweidii opusc.) (= Lörcher[3])
—, Burs. Jahresber. 1926, 23sqq. (= Lörcher[4])

Madvig, I. N., De locis aliquot orationum Verrinarum dissertatio critica, in: Opusc. Acad., I, Hauniae 1834, 323sqq.
Marmorale, E. V., Dell'iato in un verso di Cicerone, Giorn. Ital. di Filol. 3, 1950, 72sq.
Mather, M. W., Quo modo ‚iaciendi' verbi composita in praesentibus temporibus enuntiaverint antiqui et scripserint, Harvard Studies 6, 1895, 83sqq.
Meyer, W., Über die Beobachtung des Wortaccentes in der altlatein. Poesie, Abhandl. d. philos.-philol. Classe d. Bayer. Akad. d. Wiss., München 1884, 1sqq.
Mollweide, R., Die Entstehung der Cicero-Exzerpte des Hadoard und ihre Bedeutung für die Textkritik, Wiener Studien 33, 1911, 274sqq. (= Mollweide[1]); 34, 1912, 383sqq. (= Mollweide[2]); 35, 1913, 184sqq., 314sqq. (= Mollweide[3]); 36, 1914, 189sqq. (= Mollweide[4])
Morgan, M. H., Miscellanea, Harvard Studies 12, 1901, 231sqq.
Müller, C. F. W., Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 89, 1864, 127sqq. (rec. ad edit. Baiteri-Halmii)

Narducci, E., Bollett. di Bibliogr. e di Storia delle Scienze Matem. e Fisiche 1882, 512sqq. (codicis Regin. Lat. 1762 descriptio)
—, Di un codice frammentario Tulliano del sec. IX, et: Tavole dei frammenti Tulliani contenuti nel cod. Reginense 1762, Atti Reale Accad. Lincei, Rendic. 1884—85, 152sqq.
Norden, E., Varroniana, Rhein. Mus. 48, 1893, 549sq.
Nutting, H. C., The Form ‚si sit . . . erit', Univ. of California Publ. in Class. Philol. 1924—28, 187sqq.

Oliphant, S. G., Ἡ ὀλολυγών — What was it?, Trans. Proc. Amer. Philol. Ass. 47, 1916, 85sqq.

Pascucci, G., La tradizione medievale del De legibus e la posizione del cod. S. Marco 257 ai fini della „recensio", Colloquium Tullianum 1972 (nondum editum)
Pease, A. S., Notes on the Delphic Oracle and Greek Colonization, Class. Philol. 12, 1917, 1sqq. (= Pease[1])

Pease, A. S., Were there two Versions of Cicero's Prognostica?, Class. Philol. 12, 1917, 302sqq. (= Pease[2])
—, Cicero De Divinatione I 80, Class. Philol. 13, 1918, 210sq. (= Pease[3])
—, A Historical Allusion Explained, Class. Philol. 14, 1919, 175sqq. (= Pease[4])
—, M. T. Cic. De Natura Deorum, Cambridge/Massachusetts 1958 (= Pease[5])
Peters, F., T. Lucretius et M. Cicero quo modo vocabula Graeca Epicuri disciplinae propria Latine verterint, Diss. Monasterii 1926
Petersen, E., Lupa Capitolina, Klio 9, 1909, 41sqq.
Philippson, R., Philol. Woch. 59, 1939, 341sqq. (rec. ad Axii edit.)
Pini, F., Varianti del cod. Voss. Lat. Q 10 al testo del Timeo, Ciceroniana 1960, 161sqq.
—, Varianti del cod. Voss. Lat. Q 10 al testo delle opere filosofiche di Apuleio, Giorn. Ital. di Filol. 23, 1970, 21sqq.
Plasberg, O., De M. T. Cic. Hortensio dialogo, Diss. Berolini 1892
—, Satura Tulliana, Rhein. Mus. 53, 1898, 73sqq., 89sqq., 95sqq. (= Plasberg[1])
—, Vindiciae Tullianae, in: Festschrift J. Vahlen, Berlin 1900, 219sqq. (= Plasberg[2])
—, Codd. Graeci et Latini photogr. depicti duce Scatone de Vries. T. XVII: Cicero De nat. deor., De div., De leg. codex Heinsianus (Leidensis 118), Lugduni Bat. 1912
—, t. XIX, M. T. Cic. operum philosoph. codex Leid. Voss. Fol. 84 phototypice editus, Lugduni Bat. 1915
—, M. T. Cic. Academicorum reliquiae cum Lucullo, Lipsiae 1922
—, M. T. Cic. De natura deorum, Lipsiae 1933
Pohlenz, M., M. T. Cic. Tusculanae disputationes, Lipsiae 1918
Polster, L., Quaestiones Tullianae, Kattowitz 1874
Poncelet, P., Cicéron et Chalcidius, Thèse Fac. Lettres Paris 1953
—, Cicéron traducteur de Platon, Paris 1957
Postgate, J. P., On Cicero De div. I 80, Class. Philol. 13, 1918, 410

Ramus, P., M. T. Cic. De fato liber P. Rami praelectionibus explicatus, Lutetiae 1550
Rath, R. D., Animadversiones ad Cic. De divinatione, Halis Saxonum 1807
Ravinel, R. de, A propos de Cic. Div. I 56, 127, Rev. Ét. Lat. 38, 1960, 112sqq.
Reid, J. S., M. T. Cic. Academica, Londinii 1885
—, Notes on Cicero ad Atticum, II, Hermathena 31, 1905, 377
Reifferscheid, A., Kritische Beiträge zu Cicero de legibus, Rhein. Mus. 16, 1862, 269sqq.
Ribbeck, O., Die römische Tragödie, Leipzig 1875
Ritschl, F., Palimpsestblätter zu Cicero De fato, Rhein. Mus. 8, 1854, 469sqq. (= Opusc. III, 674sqq.)

Robbins, F. E., The Lot Oracle at Delphi, Class. Philol. 11, 1916, 278sqq.
Ronconi, A., Sulla tecnica delle antiche traduzioni latine da Omero, Studi Ital. di Filol. Class. N. S. 34, 1962, 5sqq. (= Filologia e Linguistica, Roma 1968, 109sqq.)
Ruch, M., Le préambule dans les œuvres philosophiques de Cicéron, Paris 1958

Sabbadini, R., I codici milanesi del De officiis di Cicerone, Rend. Ist. Lomb. Sc. Lett. 1907, 508sqq.
—, Su due codici ciceroniani dell'Ambrosiana di Milano, Athenaeum 1, 1913, 13sqq.
Sander, W., Quaestiones de Cic. libris quos scripsit De divinatione, Diss. Gottingae 1908 (= Sander[1])
—, Bemerkungen zu Ciceros De divinatione, Philologus 75, 1918, 384sqq. (= Sander[2])
Schiche, Th., De fontibus librorum Cic. qui sunt De divinatione, Diss. Ienae 1875
—, Zu Ciceros Briefen an Atticus, Hermes 18, 1883, 588sqq.
—, M. T. Cic. De finibus bonorum et malorum, Lipsiae 1915
Schmidt, O. E., Der Briefwechsel des M. T. Cic., Leipzig 1893
Schmidt, P. L., Die handschriftliche Überlieferung von De legibus, Colloquium Tullianum 1972 (nondum editum)
—, Die Überlieferung v. Ciceros Schrift „De legibus" in Mittelalter und Renaissance, München 1974
Schramm, E., De Cic. libris De legibus recensendis, Diss. Marpurgi 1897
Schumrick, A., Observationes ad rem librariam pertinentes de σύνταξις, σύνταγμα ... vocabulis, Diss. Marpurgi 1909
Schwenke, P., Burs. Jahresber. 1886, 271sqq. (rec. ad Deiter[3]) (= Schwenke[1])
—, Zum Cicerokodex Vindobon. 189, Philol. Woch. 9, 1889, 618sqq. (= Schwenke[2])
—, Des Presbyter Hadoardus Cicero-Excerpte, Philologus, Suppl. 1889, 397sqq. (= Schwenke[3])
—, Apparatus criticus ad Cic. libros De natura deorum, Class. Rev. 4, 1890, 347sqq. (= Schwenke[4])
Sjögren, H., Commentationes Tullianae, Uppsala 1910
Skassis, H., Observationes criticae in quosdam locos primi libri qui est De divinatione, Athenis 1915 (= Skassis[1])
—, Adnotationes criticae ad Cic. librum qui De fato inscribitur, Athenis 1915 (= Skassis[2])
Skutsch, O., Notes on Ennian Tragedy, Harvard Studies 75, 1967, 133sq.
Slater, D. A., Tages Etruscus, Class. Rev. 37, 1923, 54sq.
Snell, B., Euripides Alexandros, Hermes-Einzelschriften 5, 1937
Sodano, A. R., L'interpretazione ciceroniana di Tim. 41a7—b6 nelle citazioni testuali di S. Agostino, Rev. Ét. Augustin. 11, 1965, 15sqq.

Soubiran, J., L'hexamètre de Cicéron, Ann. Fac. Lettres Toulouse 1954, 107sqq.; Cicéron. Aratea, Fragm. poétiq., Paris 1972
Spengel, L., Emendationum Varronianarum specimen I, Monachii 1830
Stangl, Th., Asconiana, Philologus 69, 1910, 489sqq.
Stephanus, H., In M. T. Cic. castigationes, Parisiis 1557
Ströbel, E., Tulliana, München 1907–08
Stüve, G., Ad Cic. De fato librum observationes variae, Diss. Kiel 1895
Suringar, W. H. D., De onlangs gevonden fragmenten van Cicero. Eene teleurgestelde verwachting, Leiden 1883

Thielmann, Ph., Abicio, abiectus, abiecte, Archiv Lat. Lex. 4, 1887, 560
Thormeyer, W., De Valerio Maximo et Cicerone quaestiones criticae, Diss. Gottingae 1902
Traglia, A., Note su Cicerone critico e traduttore, Roma 1947 (= Traglia[1])
—, La lingua di Cicerone poeta, Bari 1950 (= Traglia[2])
—, M. T. Cic. Poetica fragmenta, s. l. 1963 (= Traglia[3])
—, Cicerone traduttore di Platone e di Epicuro, in: Studi in onore di V. De Falco, Napoli 1971, 307sqq. (= Traglia[4])
Traina, A., Per l'interpretazione di un verso ciceroniano, Ciceroniana 1959, 78sqq. (= Traina[1])
—, Commento alle traduzioni poetiche di Cicerone, Atti I Congr. Intern. Studi Ciceron., vol. II, Roma 1961, 141sqq. (= Vortit barbare, Roma 1970, 55sqq.) (= Traina[2])
Turnebus, A., Commentarius in Cic. librum De fato, Parisiis 1552
—, Adversariorum t. III, Parisiis 1564
—, Lucubrationes variae, Heidelbergae 1594

Usener, H., Epicurea, Lipsiae 1887 (= Usener[1])
—, Variae lectionis specimen primum, Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 139, 1889, 369sqq. (= Usener[2])

Vahlen, J., Zu Cicero, Zeitschr. Österr. Gymnas. 19, 1868 (= Ges. Philol. Schr. I, Leipzig-Berlin 1911, 566sqq.) (= Vahlen[1])
—, Zu Cicero, Rhein. Mus. 27, 1872, 186sq. (= Ges. Philol. Schr.I, 573sq.) (= Vahlen[2])
—, Varia, Hermes 17, 1882, 605 (= Vahlen[3])
—, M. T. Cic. De legibus, Berolini 1883²
—, Über das Stadtgründungsaugurium bei Ennius, Sitzungsber. Akad. Wiss. Berlin 1894, 1143sqq. (= Ges. Philol. Schr. II, 388sqq.) (= Vahlen[4])
—, De Ennii Medea, Opusc. Acad. I, Lipsiae 1907, 34sqq. (= Vahlen[5])
Valmaggi, L., Varia, Riv. Filol. Class. 31, 1903, 329sqq.
Van de Bruwaene, M., La théologie de Cicéron, Louvain 1937
Van Heusde, I. A. C., M. T. Cic. φιλοπλάτων, Traiecti ad Rhenum 1863

Verdière, R., Enniana, Rhein. Mus. 110, 1967, 161
Victorius, P., Castigationes, Venetiis 1536, 75 sqq.
Villapadierna, T. de, Cicerón traductor, Helmantica 9, 1958, 425 sqq.
Vossius, G. I., Ad fragmenta tragica, Lugduni Batav. 1620

Wagenvoort, H., Ad Cic. De div. I 35, 38, Mnemosyne 45, 1952, 148
Walter, F., Zu Cicero und zu Quintilian mit den Deklamationen, Rhein. Mus. 91, 1942, 1 sqq.
Waszink, J. H., Timaeus a Calcidio translatus, Leidae 1975[2]
Weidner, A., Zur Kritik der rhetor. und philos. Schriften Ciceros, Philologus 38, 1879, 84 sqq.
Wölfflin, E., Quatenus, Archiv Lat. Lex. 5, 1888, 399 sqq.
Wopkens, Th., Lectiones Tullianae, Amsterdam 1730
Wreschniok, R., De Cicerone Lucretioque Ennii imitatoribus, Diss. Breslau 1907
Wuilleumier, P., Les manuscrits principaux du Cato Maior, Rev. Philol. 33, 1929, 43 sqq.

Ziegler, K., M. T. Cic. De legibus, Heidelberg 1950
Zillinger, W., Cicero und die altrömischen Dichter, Diss. Erlangen, Würzburg 1911

CODICVM CONSPECTVS

A = Vossianus Lat. Fol. 84 (*Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. IX

V = Vindobonensis Lat. 189 (*Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. IX

B = Vossianus Lat. Fol. 86 (*Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. IX

R = Excerpta Hadoardi, Reginensis Lat. 1762 (ex *Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. IX

F = Florentinus Marcianus Lat. 257 (*Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. IX

P = Palatinus Lat. 1519 (*Div.*): saec. X—XI

H = Leidensis Lat. 118 (*Div.*): saec. XI

M = Monacensis Lat. 528 (*Div.*, *Fat.*, *Tim.*): saec. X—XI

S = Vossianus Lat. Q 10 (*Tim.*): saec. XI

Nonnumquam laudantur in textu librorum *De divinatione* constituendo codd. **L** (= Phillippicus 1794, saec. XII) et **O** (= codices aliquot recentiores saec. XIV—XV, saepe ex Gruteri et Davisii recensione); in textu libri *De fato* codd. **N** (= Nostradamensis, Parisinus Lat. 17812, saec. XII), *Strozz.* (= Strozzianus 37, saec. XIV) et **O** (= codices aliquot recentiores saec. XIV—XV, saepe ex Gruteri et Davisii recensione); in textu *Timaei* codd. **D** (= Parisinus Lat. 6333, saec. XIII), **E** (= Escorialensis V III 6, saec. XIII), *Ambros.* (= Ambrosianus Lat. E 15 inf., saec. XIV), *Erlang.* (= Erlangensis 618, saec. XV), *Paris.* (= Parisinus Lat. 6624, saec. XV), *Ross.* (= Rossianus Lat. 559, saec. XV), *Vatic.* (= Vaticanus Lat. 1759, saec. XV).

DE DIVINATIONE

LIBER PRIMVS

Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, versari quandam inter homines divinationem, quam Graeci μαντικήν appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum. magnifica quaedam res et salutaris, si modo est ulla, quaque proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere. itaque ut alia nos melius multa quam Graeci, sic huic praestantissimae rei nomen nostri a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam neque tam inmanem tam-

7—10 (itaque — duxerunt) Serv. ad Verg. Aen. III 443 ‖ **9** Plat. Phaedr. 244d

M. Tullii (Tulli **B**) Ciceronis De Deorum Natura Liber III Explicitus (Explicit **HFM**) Feliciter (*bis scr.* **V**) Ciceronis (Eiusdem **HM**) De Divinatione (de divinitate **H**; *quod supscr. legi non potest propter folii super. amputationem*) Liber I Incipit (Incipit De Divinatione Liber Primus Eiusdem **V**) **ABVHFM** Incipit liber primus de divinatione M̃T̃C̃ **L** *inscriptione caret* **P**, *nisi quod* M. T. Divinatio *in mg. folii super. m. alt. add.* Cicero divinarum *tantum inscr. Probus* (*ad Verg. Buc. 9, 13*)

1—p. 8, **7** vetus opinio — inventor probatus *habet* **R**, *nonnullis omissis* ‖ **1** vetus *om. in spat. vac.* **P** | herocis **H** ‖ **2** firmita *corr. in* -mata **A** ‖ **4** manticen (*ex* -tien **R**) *codd.* ‖ **5** quidem *Davies; ad* quaedam *defendendum cf. Cic. Div. I 116; Off. I 47* ‖ **6** est *om.* **H** | quaque *Marsus* quaeque (*supscr.* sique *m. alt.* **V**) *codd.* | proxime *Asc.* (†quaque proxime *mg.* quaeque proxima *Asc. 1521*) proxima *codd.* (*ita Marsus*) ‖ **7** natura, in *supscr.* **M** naturam, m *exp.* **B** | mortalis *Marsus* mortali (*ex* -tal, i *supadd.* **A**) *codd.* mortalium *Rom., sed cf. Cic. Rep. I 12; de hoc loco cf. Turnebus, Advers. V 20* ‖ **7—10** itaque — duxerunt *om.* **R** ‖ **10** dixerunt *Servius* ‖ **11** atque barbaram *cod. Eliens. apud Davisium, qui ita scr. ex super.* tam humanam atque doctam

que barbaram, quae non significari futura et a quibusdam intellegi praedicique posse censeat. principio Assyrii, ut ab ultumis auctoritatem repetam, propter planitiam magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiec- 5 tiones motusque stellarum observitaverunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. qua in natione Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique eventu- 10 rum et quo quisque fato natus esset. eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti putantur. Cilicum autem et Pisidarum gens et his finituma Pamphylia, quibus nationibus praefuimus ipsi, volatibus avium cantibusque certissimis 15 3 signis declarari res futuras putant. quam vero Graecia coloniam misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est?

2 Nec unum genus est divinationis publice privatimque 20 celebratum. nam, ut omittam ceteros populos, noster quam multa genera complexus est! principio huius urbis parens Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optumus augur fuisse traditur. deinde auguribus et reliqui reges usi, et exactis regibus nihil publice sine 25

22 Liv. I 16, 6

1 a] in **H** ‖ 3 ultimis **HMPR** | auctoritate *cod. Pithoean.* (*Trecensis 552?*), *teste Grutero* | planitiem (ẽ *in ras.* **V**) **HMPV** ‖ 4 incolebat *corr. in* -bant **H** ‖ 5 ex *om.* **H** | intuetur, ren *supadd.* **H** | traiectiones (tra *in ras.*) **B** traiectionesque, que *del.* **H** ‖ 6 observitaverant **H** observaverunt **MRP** ‖ 7 memoria **BFMR** ‖ 8 gens, ti *supadd.* **B** ‖ 10 cuique, *sed* cui *in ras.*, *ex* que **B** ‖ 12 aegypti **H** aegypto **R** ‖ 13—19 Cilicum — est *om.* **R** | caelicum **H** | fisidarum (*mg.* pi- **F**) **BF** ‖ 15 volatilibus, li *del.* **M** | et cantibus **H** cantibusque et (*supadd. m. alt.*) **V** cantibusque ut *Lambinus* ‖ 17 (a)et(h)oliam (*mg.* aeoliam *m. aliquanto recent.* **V**) **ABVHFM** ‖ 18 phythio **A** ‖ 19 at (*corr. in* aut) quod **A** ‖ 20 est *om. Rom.* ‖ 21 celebratam *corr. in* -tum **R** ‖ 21—p.5,16 nam ut — scripsimus *om.* **R** ‖ 23 romulos *corr. in* -lus **A** ‖ 25 usi, et *supadd.* **B**

auspiciis nec domi nec militiae gerebatur. cumque magna vis videretur esse et impetriendis consulendisque rebus et monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina, omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant,
5 ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum ab iis videretur. et cum duobus modis animi sine ratione et scien- 4
tia motu ipsi suo soluto et libero incitarentur, uno furente, altero somniante, furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati eorum decem interpretes
10 delectos e civitate esse voluerunt. ex quo genere saepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones, ut Octaviano bello Corneli Culleoli, audiendas putaverunt. nec vero somnia graviora, si quae ad rem publicam pertinere visa sunt, a summo consilio neglecta sunt. quin
15 etiam memoria nostra templum Iunonis Sospitae L. Iulius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de senatus sententia refecit ex Caeciliae, Baliarici filiae, somnio.

Atque haec, ut ego arbitror, veteres rerum magis even- 3 5
tis moniti quam ratione docti probaverunt. philosopho-
20 rum vero exquisita quaedam argumenta, cur esset vera divinatio, conlecta sunt; e quibus, ut de antiquissumis

2 Cic. Div. I 28, II 35; Plaut. Asin. 259; Paul. Fest. 96, 5; Val. Max. I 1, 1 || 8—9 (furoris — arbitrati) Serv. ad Verg. Aen. III 443

2 impetriendis *Manutius ad Div. I 28* (*'quod autem hoc ipso in libro legitur* impetrandis consulendisque rebus, *malim legere* impetriendis *quam* impetrandis'); *cf. contra Lambinus ad Div. I 28, Rath in Animadv. ad hunc loc.; ita restit. Gruter* (*'non dubium est, quin agat de sacris impetritis'*) impetrandis *codd.* (*praeter* in impetrandis **V**, *sed* in *supadd. m. alt.*) || 3 in monstris *codd.;* in *del. Davies in Comm., contra Rath: cf. Cic. Tusc. III 36* (magna vis est in virtutibus), *V 32 et 50; Off. II 19* | sine (*ex* in) aruspicum **V** ex haruspicum *Ernesti* || 4 ex *om.* **H** || 5 illum **A** | nec (c *in* g *corr.*) lectum **B** | ab his **HMP** || 7 suo et (*exp.*) **H** || 12 cornelii **B** | esse *post* audiendas *add.* **H** || 13 si qua *Davies, sed cf. Div. II 4* | rem p. (p. *inde eras.*) **B** publicam *om.* **AFM** rem pus **H** || 14 nec (c *in* g *corr.* **B**) lecta **VB** || 17 balerici **P** baliaricae **H** | somno *corr. in* -nio **F** || 18 haec *supadd. m. alt.* **A** || 19 edocti *Rath coll. Tusc. III 80*

loquar, Colophonius Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit; reliqui vero omnes, praeter Epicurum balbutientem de natura deorum, divinationem probaverunt, sed non uno modo. nam cum Socrates omnesque Socratici Zenoque et ii, qui ab eo 5 essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia vetere Academia et Peripateticis consentientibus, cumque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam ante tribuisset, qui etiam ipse augur vellet esse, plurumisque locis gravis auctor Democritus praesensionem 10 rerum futurarum comprobaret, Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit, Cratippusque, familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis iudico, isdem rebus fidem tribuit,

6 reliqua divinationis genera reiecit. sed cum Stoici omnia 15 fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsisset et ea Cleanthes paulo uberiora fecisset, accessit acerrumo vir ingenio, Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraclis, uno de somniis; 20 quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit, eius auditor, duo Antipater, quinque noster Posidonius. sed a Stoicis vel princeps eius disciplinae, Posi-

1 Stoic. Vet. Frag. I 173; Cic. Lucull. 118; Nat. deor. I 28 || **7** Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 138; Cic. Div. I 87; Leg. I 38; Acad. I 17; Tusc. V 75; Nat. deor. I 16 || **23** (de antiquo nominat. sing. in -pes exeunt.) Charis. Ars gramm. I 14, p. 58, 26; I 15, p. 110, 26; I 17, p. 154, 1; Prisc. G. L. K. II 140, 23; Plaut. Rud. 1158

1 unos (*corr. in* -us **F**) **BF** | deum **H** | unum qui deum *Hartfelder*[2] *p. 270* unus, unum qui deum *Spanoghe* (*Emendat. Tull. p. 22*) || **4** non *supadd. m. alt.* **B** || **5** omnes, que *supadd.* **B** | hi (i **A**) **VA** || **6** numerent *mg.* manerent **H** || **7** veteri Academiae Peripat. consentientibus *Davies; de hoc loco cf. Pease p. 57* || **9** quin etiam **O** | plurimisque *corr. in* pluru- **A** || **13** cratippus **H** Cratippus quoque *Davies* | patrem, t *exp.* **AV** || **15** reicit **H** | quem (*exp.*) *supscr.* cum **V** || **16** defenderint *Crat.* | quom *Weidner p. 84* | zenon **H** || **18** cleantes *pro* Chrysippus *scr.* **L** || **19** duos, *sed* s *add. m. alt.* **A** || **23** princeps *Marsus; hanc lect. habet cod. Palat. sec., testibus Grutero et Davisio* principes (s *eras.* **A**) **HPA**; *ita* **BV**, *nisi quod* -pibus (a principibus **V**) *scr.* principibus **FM**

doni doctor, discipulus Antipatri, degeneravit, Panaetius, nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. quod illi in aliqua re invitissumis Stoicis Stoico facere licuit, nos ut in reliquis rebus faciamus, a
5 Stoicis non concedetur? praesertim cum id, de quo Panaetio non liquet, reliquis eiusdem disciplinae solis luce videatur clarius. sed haec quidem laus Academiae prae- 7 stantissumi philosophi iudicio et testimonio comprobata est.

10 Etenim nobismet ipsis quaerentibus, quid sit de divi- 4 natione iudicandum, quod a Carneade multa acute et copiose contra Stoicos disputata sint, verentibusque, ne temere vel falsae rei vel non satis cognitae adsentiamur, faciendum videtur, ut diligenter etiam atque etiam argu-
15 menta cum argumentis comparemus, ut fecimus in iis tribus libris, quos de natura deorum scripsimus. nam cum omnibus in rebus temeritas in adsentiendo errorque turpis est, tum in eo loco maxime, in quo iudicandum est, quantum auspiciis rebusque divinis religionique tri-
20 buamus; est enim periculum, ne aut neglectis iis inpia fraude aut susceptis anili superstitione obligemur.

5 8 Quibus de rebus et alias saepe et paulo accuratius nuper, cum essem cum Q. fratre in Tusculano, disputatum est. nam cum ambulandi causa in Lyceum venissemus
25 (id enim superiori gymnasio nomen est), Perlegi, [ille] inquit, tuum paulo ante tertium de natura deorum, in quo disputatio Cottae quamquam labefactavit sententiam meam, non funditus tamen sustulit. Optime vero, inquam; etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argu-

1 ductor **P**, *sed* u *in* o *corr.* || **2** nec] hec **A** || **3** invictissimis **HP** || **4** nos ut] nobis *Davies* (*'ex cod. Balliol.'*) id nobis ut *Rath* || **11.12** acuta et copiosae **A** || **12** sunt *Rath* || **13** vel² *om.* **F** || **15** facimus **V** | in iis *Rom.* in his *codd.* | tribus *insiticium habuit Rath coll. Div. II 148, unde corrigendum quoque put. Fat. 1* in iis (aliis *codd.*) libris feci; *sed cf. Cic. Off. II 31* || **16** scripsimus, *in interlin. praemisso* p̃, **V** || **16.17** sed cum in omnibus **R** || **19** regionique **BR** || **20** nec lectis **B** | his (*corr. in* iis **B**) **MPB** || **22** alia **ABHFP** || **23** cum fratre (Q *supadd.* **V**) **HV** || **25** ille *om.* **H**, *cancellis inclus. Müller* || **25.26** inquit ille *Lambinus* || **26** tuum *om.* **P**

menta confutet quam hominum deleat religionem. tum Quintus: Dicitur quidem istuc, inquit, a Cotta, et vero saepius, credo, ne communia iura migrare videatur; sed studio contra Stoicos disserendi deos mihi videtur fundi-
9 tus tollere. eius orationi non sane desidero quid respon- 5
deam; satis enim defensa religio est in secundo libro a Lucilio, cuius disputatio tibi ipsi, ut in extremo tertio scribis, ad veritatem est visa propensior. sed, quod praetermissum est in illis libris (credo, quia commodius arbitratus es separatim id quaeri deque eo disseri), id est de divi- 10
natione, quae est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio, id, si placet, videamus quam habeat vim et quale sit. ego enim sic existimo, si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus quaeque colimus, esse deos, vicissimque, si di sint, esse qui divi- 15
nent.

6
10 Arcem tu quidem Stoicorum, inquam, Quinte, defendis, siquidem ista sic reciprocantur, ut et, si divinatio sit, di sint et, si di sint, sit divinatio. quorum neutrum tam facile, quam tu arbitraris, conceditur. nam et na- 20
tura significari futura sine deo possunt et, ut sint di, potest fieri, ut nulla ab iis divinatio generi humano tributa sit. atque ille: Mihi vero, inquit, satis est argumenti et esse deos et eos consulere rebus humanis, quod esse clara et perspicua divinationis genera iudico. de quibus quid 25
ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo neque habes aliquid, quod huic sermoni praevertendum

8 Cic. Nat. deor. III 95

1 confutet **H** computet (-taet, *sed incertum utrum* ae *an* a *scr.*, **A**) *cett. codd.* || **3** communia iurae **A** communi iure *Crat.* | videantur **H** videat *Marsus* || **5** rationi *Müller* | quod *Ernesti* || **7** lucidio **V** || **8** premissum *corr. in* pretermissum *m. alt.* **H** || **9** credo *om.* **F** | arbitrantes *mg.* arbitratus *m. alt.* **H** || **12** id *om.* **R** iam **H** | ut eamus *mg. m. alt.* videamus **H** || **15** sunt *corr. in* sint **A** | esse] et **A**, *quantum legi potest, compend. sup.* et *scr. eras.* || **19** et si dii sint *add. mg. m. alt.* **V** || **21** ut *supscr.* ita (*quasi sit legendum* ut ita) **V** ut item *Asc. 1521* ut tamen *Davies* || **22** ab his **P** || **23** et *supadd. m. alt.* **V** || **24** clara *corr. in* preclara **V** || **25** quod *corr. in* quid **M**

putes. Ego vero, inquam, philosophiae, Quinte, semper 11
vaco; hoc autem tempore, cum sit nihil aliud, quod lubenter agere possim, multo magis aveo audire, de divinatione quid sentias.

5 Nihil, inquit, equidem novi, nec quod praeter ceteros ipse sentiam; nam cum antiquissimam sententiam, tum omnium populorum et gentium consensu comprobatam sequor. duo sunt enim divinandi genera, quorum alterum artis est, alterum naturae. quae est autem gens aut quae 12
10 civitas, quae non aut extispicum aut monstra aut fulgora interpretantium aut augurum aut astrologorum aut sortium (ea enim fere artis sunt) aut somniorum aut vaticinationum (haec enim duo naturalia putantur) praedictione moveatur? quarum quidem rerum eventa magis arbitror
15 quam causas quaeri oportere. est enim vis et natura quaedam, quae tum observatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu inflatuque divino futura praenuntiat.

Quare omittat urguere Carneades, quod faciebat etiam 7
20 Panaetius, requirens, Iuppiterne cornicem a laeva, corvum ab dextera canere iussisset. observata sunt haec tempore inmenso et in significatione eventis animadversa

8 Cic. Div. I 34; II 26; Serv. ad Verg. Aen. III 359 ‖ **20** Prob. ad Verg. Buc. 9, 13; Cic. Div. I 85

3 aveo *Asc. 1521* abeo *corr. in* ha- **A** habeo *cett. codd.* ‖ **4** sententias, ten *exp.* **V** ‖ **7** omnium philosophorum *Marsus* ‖ **8** enim *om.* **LO** ‖ **9.10** aut quae civitas *om.* **R** ‖ **10** extispicum *Mercer ad Non. 16, 10* extis pecudum (*ex* peco- **V**, *ex* -dis **R**) *codd.; sed cf. Div. II 26 et 42* exta pecudum *Davies* (*1730*) *coll. Div. II 28* | fulgera (*corr. in* -gora **M**) **AM** fulgora *mg.* -gura **V** ‖ **11** astralogorum **AHM** ‖ **12** eae **BHF** hae *Marsus* | artes (*corr. in* -tis **V**) **ABFMRPV** ‖ **13** enim *om.* **R** ‖ **14** moveantur **P** | eventum **P** ‖ **16** quaedam quae] quae neque **H** | cum **HP** ‖ **17** aliquando **P** | instinctu *ex* -to **B** ‖ **19** omittit **H** | urgere **HP** ‖ **21** ab dextera] a sinistra **H** ‖ **22** tempora in immenso **M** | in significatione *codd.; fortasse rectius* significatione (*ita edd. Sturm 1541 et Lambin. 1565*) | eventis **H**: *cf. Div. I 72* (eventis animadversa ac notata sunt) eventus *cett. codd.* in significatione eventus *prob. Plasberg* (*cf. Div. I 25, 109, 131*), *dubitanter rec. Pease* (*in app.* in significatione eventis *coni.*), *cruce not. Baiter* exin significationes eventis animadversae et notatae *in not. Davies* (*1730*) significatio

et notata. nihil est autem, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque monumentis effi-
13 cere atque adsequi possit. mirari licet, quae sint animadversa a medicis herbarum genera, quae radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum 5 vim atque naturam ratio numquam explicavit, utilitate et ars est et inventor probatus. age ea, quae quamquam ex alio genere sunt, tamen divinationi sunt similiora, videamus:

> Atque etiam ventos praemonstrat saepe futuros 10
> inflatum mare, cum subito penitusque tumescit,
> saxaque cana salis niveo spumata liquore
> tristificas certant Neptuno reddere voces,
> aut densus stridor cum celso e vertice montis
> ortus adaugescit scopulorum saepe repulsus. 15

8 Atque his rerum praesensionibus Prognostica tua referta sunt. quis igitur elicere causas praesensionum potest? etsi video Boëthum Stoicum esse conatum, qui

10—15 Arat. Phaen. 909—912 || **18** Stoic. Vet. Frag. III 265; Cic. Div. II 47

eventu *Hottinger* et significatio est eventis *Rath* (*ita Allen*, exin *pro* et *pos.*) † in significationem eventus *Orelli* significatio eventis *Madvig* significatione eventus *Klotz* significationum eventis *Koch* [in significatione] eventis *Müller* cum significatione eventus *Regell* **1—3** quod longinquitas ... adsequi non possit *Davies* || **2** monimentis *ex* monu- **P** momentis *corr. in* monume- **M** | prodentibusque monumentis *coni. Davies* || **3** sunt **P** || **6** explicabit **M** || **7** explicata sunt *post* quamquam *add.* **P** || **10—15** *vv.* atque etiam — saepe repulsus *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 55, 1—6*) | monstrat **H** || **11** cum] tum **M** || **12** cava **O** || **13** cantant *mg.* certant *m. alt.* **H** || **14** e *om. Marsus* || **15** saepe *pro adverbio reponendum put., Sturmio et Manutio principibus, nonnulli editt. ant., qui* repulsu *scr.* (sede repulsus *unus cod. apud Victorium*), *ex codd.* **O**. *de hoc v. cf. Pease ad loc.; Ewbank p. 221; Traglia*[2] *p. 133 sq.* | *post* repulsus *ab initio cap. 8* (Atque his rerum) *usque ad* adversaque avi (p. 20, **16**) *verba duabus columnis disponuntur in* **A**, *tamquam si versus habeantur, litteris grandibus in cuiusque v. principio adhibitis* || **17** elicere] dicere **H** || **18** video Boëthum *Marsus; cf. Div. II 47* vide boeothum **A** (vide Boethum *Victorius*) videbo euthum (eo- **HP**) **BFMHP** videbo eo tum **V** video Cotum *Rom.* video Eothum *Asc. 1521*

hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, quae in mari caelove fierent. illa vero cur eveniant, **14**
quis probabiliter dixerit?

Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti
5 nuntiat horribilis clamans instare procellas
haud modicos tremulo fundens e guttere cantus.
saepe etiam pertriste canit de pectore carmen
et matutinis acredula vocibus instat,
vocibus instat et adsiduas iacit ore querellas,
10 cum primum gelidos rores aurora remittit.
fuscaque non numquam cursans per litora cornix
demersit caput et fluctum cervice recepit.

4 Avien. Arat. II 1676 || **4–6** Arat. Phaen. 913—915 || **7–12** Arat. Phaen. 948—953 || **8** Avien. Arat. II 1703; Isid. Etym. XII 7, 37; cf. etiam Theocr. VII 139—140; Theophr. De sign. tempest. 42; Cass. Bass. Geopon. I 3, 11; Anth. Lat. II 761, 15—16; Schol. ad Arat. Phaen. 948

2 caelo ut *Marsus* || **4–6** *vv.* cana fulix — guttere cantus *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 55, 7—9*), *quos cum superioribus vv. coniunctos in Arateo textu in unum frg. restituendos put. Buescu* | cana (*corr. in* -no **V**) **AHPV** cano *cett. codd.* rava *codd. Lambini, Camerarius, cod. Eliens. apud Davisium* rana *Asc. 1521* | fulix itidem *Marsus* fluxit idem (idem fluxit **BFM**) *codd.* parva fulix *Avienus* || **5** nuntiat horribiles clamans *in ras. scr.* **B** clamans nuntiat horribilis **P** (*ita Plasberg*), *et* **H**, *nisi quod verborum ordinem restit. signis supadd.* (*cf. Arati verba λεληκὼς ... φορέοιτο*)*: hic versus post* horribilis *dividitur una hephthemimere, non aliter ac paulo infra* (*lin.* **9**) vocibus instat et adsiduas, *Cic. Poetic. frgg. 52, 173 et 182; Lucr. I 87, 349; cf. Meyer p. 1075 sq.* clamans enuntiat (*corr. in* nuntiat **V**) **AV** || **6** tremulos **H** | gutture **VHFMP** || **7–12** *vv.* saepe etiam — cervice recepit *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 56, 4—9*) || **7** canit] ciet *Orelli* || **8** acredula *Isidorus, ita trad.* **L** acredulis **HV** a credulis **AP** ac credulis (*pr.* c *del.* **F**) **BF** ac credelis (*corr. in* credu-) **M**. *de vocis* acredula, *quod Arateum ὀλολυγών vertere videtur, interpretatione cf. Oliphant p. 85 sqq.; Pease² p. 302 sqq. et Comm. p. 84 sq.; Harder p. 137 sqq.; Ewbank p. 223; Traglia² p. 126 sqq.; Gamberale p. 246 sqq.* | instat (*ex* -tant **M**) *edd. ant.*, **M** instant *codd.* instans *vel lacun. post* instat *Castiglioni* || **9–10** vocibus — cum primum *add. mg.* **B** || **9** instant, *sup.* nt, *quod aegerrime leg.*, t *scr. m. alt.* **V** instate **A** | in *supscr.* et *m. alt.* **V** || **12** cervicere coepit (o *eras.*) **B** | demersat ... receptat *Gulielmius*

9 Videmus haec signa numquam fere mentientia nec
15 tamen, cur ita fiat, videmus.

Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnae,
cum clamore paratis inanis fundere voces
absurdoque sono fontis et stagna cietis. 5

quis est, qui ranunculos hoc videre suspicari possit? sed inest in ranunculis vis et natura quaedam significans aliquid, per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior.

Mollipedesque boves spectantes lumina caeli 10
naribus umiferum duxere ex aere sucum.

non quaero cur, quoniam, quid eveniat, intellego.

3–5 Arat. Phaen. 946–947 || **10–11** Arat. Phaen. 954–955; Theophr. De sign. tempest. 15; Cass. Bass. Geopon. I 3, 10; Varr. Atac. 21, 5 Tr.; Verg. Georg. I 375 sq.; Plin. Nat. hist. XVIII 364; Avien. Arat. II 1707 sq.; Anth. Lat. II 772, 49 sq.

1 videmus *ex* vide modo **M** | numquam *corr. in* nonnum- **F** | mentientia *Marsus* (*cf. Cic. Nat. deor. III 14*) ementientia *codd.* || **3–5** *vv.* vos quoque — cietis *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 56, 1–3*); *hos vv. praemittendos et cum vv.* saepe etiam — cervice recepit, *quos continuant duo illi* mollipedesque — aere sucum (*cf. paulo infra*), *coniungendos put. Buescu, ut integrum frg. restitueretur* || **3** videntis **P** | aqua (*corr. in* aquai **B**) **LB** aq̃quam **H** || **6** ranunculos *ex* -is **B** || **7** inest in ranunculis vis et natura *Vahlen*[1] *p. 104* inest in rivis et ranunculis **BFM** inest in revis (*exp., supscr.* mire *m. aliq. post.* **V**; *mg. m. alt.* mire **H**) et ranunculis **VH** inest in ranis et ranunculis **A** inest in retus (*sed* u *in* ii *corr. videtur*) et ranunculis **P** inest mire et ranunculis quaedam natura *Rom.*, *ita Lambinus, quamquam Victorii coniecturam* inest in gyrinis et ranunculis *non respuend. existimabat* (*cf. Arat. 947; Plin. Nat. hist. IX 159*) inest in re vis, et ranunculis *Turnebus* inest gerinis et ranunculis *Is. Vossius* inest in ravis etiam ranunculis *Pearce* inest nimirum et ranunculis (*vel* nimirum ranunc.) *Ernesti* inest in bestiis et ranunculis *Klotz* inest mira vis in ranunculis et *Rieger* inest in rubetis et ranunculis *Baiter* || **8** satis *om.* **P** || **10–11** *vv.* mollipedesque — sucum *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 56, 10 sq.*) | *de adiectivo* mollipedes *cf. Deiter*[5] *p. 677*, *qui* volvipedes *coni.* || **11** aere *ex* nare **V**

Iam vero semper viridis semperque gravata
lentiscus triplici solita est grandescere fetu:
ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.

ne hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat aut 16
5 cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet; hoc sum contentus, quod, etiamsi, cur quidque fiat, ignorem, quid fiat, intellego. pro omni igitur divinatione idem, quod pro rebus iis, quas commemoravi, respondebo.

Quid scammoneae radix ad purgandum, quid aristo- 10
10 lochia ad morsus serpentium possit, quae nomen ex inventore repperit, rem ipsam inventor ex somnio, video, quod satis est; cur possit, nescio. sic ventorum et imbrium signa, quae dixi, rationem quam habeant, non satis perspicio; vim et eventum agnosco, scio, adprobo. simi-
15 liter, quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio; quae causa sit, nescio. atque horum quidem plena vita est; extis enim omnes fere utuntur. quid? de fulgurum vi dubitare num possumus? nonne cum multa alia mira-

1—3 Arat. Phaen. 1051—53; Plin. Nat. hist. XVIII 228 ‖ **9—10** Ps. Apul. Virt. herb. 19 ‖ **10—11** Anecd. Gr. 101; Schol. Nicandr. Ther. 509

1—3 *vv.* iam vero — arandi *ex Cic. Prognost. excerpuntur* (= *Poetic. frg. 57*) | gravata *ex* gravida **F** ‖ **2** solita est *Plinius, rec. Traglia*[3] solita *codd.* ‖ **3** ter flores *Harduin, ipso Arato* (*καρποῖς*) *negante* ‖ **4** ne *Aldus* nec *codd.* | cur ⟨natura⟩ *Kasten* ‖ **5** cur ad arandi maturitatem signum *Davies* cur arandi ad maturitatem signum *Hottinger* | foris *ex* floris *m. alt.* **V** | accommodent *seu* accommodetur *Rath* commodet *Usener*[2] ‖ **6** cur (*vel* quor, *ut coni. Christ*), *certe per compend. scr.* (q̊ *vel* quo'), *unde* quo (quod **HF**) *codd.* quomodo **O** ‖ **9** scammoneae *corr. in* -iae **F** | aristolochiae (*sc.* radix) *mg. Lambinus, unde* scammonea ... aristolochia *coni. Davies coll. Div. II 47* (scammoniam aristolochiamque radicem, *ubi tamen* scammoniae aristolochiaeque radicem *scr. Lambinus*) ‖ **10** ex inventore *codd.*, *sed* ex invento (*supadd.* re) **V** ex inventa re *Ven. 1494* ‖ **11** video, *del.* posse, *Marsus* (*praeeunte* **P**, *ubi* posse video *scr.*, *sed* posse *exp.*), *qui verba* possit quae — ex somnio posse *om.* posse video (videbo **H**) *codd.*; *sic nonnulli editt.* (*ita Ax coll. Cic. Leg. III 14*), *anacoluthi forma servata* ‖ **17** utimur **O** ‖ **18** non possumus **M** dubitare possumus *Marsus* | quid de fulg. vi? Dubitare non possumus *Asc. 1521*

bilia, tum illud in primis? cum Summanus in fastigio Iovis optumi maxumi, qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset nec usquam eius simulacri caput inveniretur, haruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt, idque inventum est eo loco, qui est ab haruspicibus demon- 5
stratus.

11 17 Sed quo potius utar aut auctore aut teste quam te? cuius edidici etiam versus, et lubenter quidem, quos in secundo consulatus Vrania Musa pronuntiat:

Principio aetherio flammatus Iuppiter igni 10
vertitur et totum conlustrat lumine mundum
menteque divina caelum terrasque petessit,
quae penitus sensus hominum vitasque retentat
aetheris aeterni saepta atque inclusa cavernis.
et, si stellarum motus cursusque vagantis 15
nosse velis, quae sint signorum in sede locatae,
quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant,
re vera certo lapsu spatioque feruntur,
omnia iam cernes divina mente notata.
18 nam primum astrorum volucris te consule motus 20
concursusque gravis stellarum ardore micantis

8 Cic. Att. I 19, 10 et II 1, 1; Quint. fratr. III 1, 24; Nat. deor. I 30; Lactant. Inst. III 17, 14; Non. 204, 7 || **12** Fest. 226, 19; Paul. Fest. 235, 14 || **14** Cic. Arat. XXXIV 252; Lucr. IV 391

1 illud in primis? *nonnulli editt.; ita Hottinger, qui tamen* quod *ante* cum *add.* | submanus (*ex* sumamus **B**) **FB** sumamus **M** summa manus *ex* summanus **V** || **2** maxumi *om.* **H** | e *om.* **VP** | de caelo *Lambinus; sed cf. Div. I 98* || **4** dixerint **H** || **5** est[2]] esset *Ernesti* || **8** huius **BF** | edidi *mg.* edidici *m. alt.* **H** | et **H** ut (*exp.* **V**) *cett. codd.* | quos *ex* quod **B** || **9** secundo consulatus *Ernesti* ('*ex cod. Guelpherb.*'), *quod iam coni. Gulielmius, ita Traglia*[3] *p. 68 in app.* secundo consulatu (*ex* -sulto **M**) *codd.* secundo de consulatu *Manutius* (*cf. Cic. Fam. I 9, 23* tres libros de temporibus meis) secundo de tuo consulatu *Baehrens* || **10**—p. 16, **18** *Cic. Cons. suo frg. 11* | igne **P** || **12** petessit **P** (*nisi quod* i *sup. alt.* e *scr.*), *ita Marsus; cf. Cic. Div. I 18 et Tusc. II 62* (*ita Lucr. III 648, V 810*) petesset (*corr. in* peti- **B**) **HB** petisset *cett. codd.* petissit *Klotz* || **13** hominis *Marsus* | vitamque **H** | retentat *Asc. 1521* retentant *codd.* || **16** qua *Davies* | sunt *Hottinger* | signata *Baehrens* || **17** verbo *ex* falso **G** motibus *Usener*[2] || **19** rotata *Baehrens* || **21** gravi *Turnebus* | micanti *Rom., quod coni. Morel coll. Cic. Arat. 112*

tu quoque, cum tumulos Albano in monte nivalis
lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,
vidisti et claro tremulos ardore cometas,
multaque misceri nocturna strage putasti,
5 quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,
cum claram speciem concreto lumine luna
abdidit et subito stellanti nocte perempta est.
quid vero Phoebi fax, tristis nuntia belli,
quae magnum ad columen flammato ardore volabat,
10 praecipitis caeli partis obitusque petessens;
aut cum terribili perculsus fulmine civis
luce serenanti vitalia lumina liquit,
aut cum se gravido tremefecit corpore tellus.
iam vero variae nocturno tempore visae
15 terribiles formae bellum motusque monebant,
multaque per terras vates oracla furenti
pectore fundebant tristis minitantia casus,
atque ea, quae lapsu tandem cecidere vetusto; 19

6 Cic. Arat. XXXIV 247; Lucr. V 582 || **8** Cic. Catil. 3, 18; Sen. Phae. 382 || **12** Hom. Il. VII 89; Enn. Scaen. 347; Inc. 17; Lucr. III 405; 577; Verg. Aen. I 387 sq.; Ovid. Met. XIV 175 || **18** Cic. Catil. 3, 19; Dio Cass. XXXVII 9, 1 sq.; Iul. Obseq. 61

2 lecto mactasti *Marsus* || **3** ardere **P** || **4** cunctaque *Baehrens* || **5** cecidere *mg. Crat., Aldus Nepos (1578); ita trad. cod. Eliens. teste Davisio* cecinere *codd.* || **6** contecto *Baehrens* || **7** abdit *ex* -didit **V** | stellanti subito **AV** | de (*supadd. m. alt.*) nocte **V** || **8** quid] quum *Lambinus* quin *Davies* | vero ut *Baehrens* || **9** columem **ABF** || **10** petessens *Christ, sed iam* petissens *Hottinger; ellipsin indicandam putamus, ita ut post* quid *sit subaudiendum* '*ostendit*' *vel* '*portendit*' *vel huiuscemodi aliquid* (*quod ex* nuntia *deduci potest*), *non aliter ac post* aut ... aut (*ubi tamen verba ita ordinanda existimamus:* aut civis — *sc.* quid ostendit —, cum ... aut tellus, cum ...), *omisso admirationis signo ab Aldo Nepote add.* petisset *codd., unde* petessit *nonnulli editt. iam ante Baehrensium* || **11** at (*corr. in* ut **A**) **PA** | terribilis **V** | percussus (*ita* **P**) *corr. in* percul- **B** || **12** vitai *Lambinus, coll. Lucr. V 224* (*ubi tamen* vitalia *trad.* **Q**)*; cf. etiam Cic. Glor. II* (*apud Gell. XV 6:* vitae iam pridem lumina linquens). *de quo cf. Wreschniok p. 11 sq.* || **15** movebant *Ven.* || **16** oracla ferebant *Asc. 1521* || **17** pectora *corr. in* -re **V** | tristis *corr. in* -ti **A** || **18** lapsus (*corr. in* -su **V**) **ABHV** | stantem *corr. in* tandem **B** iam aevo *Baehrens* | vetusta *Davies, non intellegens quid* lapsu vetusto *significet; de hoc v. cf. Pease*[4] *p. 175 sqq.* (*etiam in Comm. p. 110*)*; Ewbank p. 114*

haec fore perpetuis signis clarisque frequentans
ipse deum genitor caelo terrisque canebat.
12 Nunc ea, Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex,
omnia fixa tuus glomerans determinat annus. 5
nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
tum species ex aere vetus venerataque Nattae
concidit, elapsaeque vetusto numine leges, 10
et divom simulacra peremit fulminis ardor.
20 hic silvestris erat Romani nominis altrix,
Martia, quae parvos Mavortis semine natos
uberibus gravidis vitali rore rigabat;
quae tum cum pueris flammato fulminis ictu 15
concidit atque avolsa pedum vestigia liquit.
tum quis non artis scripta ac monumenta volutans
voces tristificas chartis promebat Etruscis?
omnes civilem generosa ⟨a⟩ stirpe profectam

2 Cic. Catil. 3, 18 || **6—8** Lactant. Inst. III 17, 14 || **9** Cic. Div. II 45; 47 || **17** Cic. Catil. 3, 19; 21 || **19** Lucr. IV 1222

1 fore *ex* fero **V** | frequentans **H** frequentas *cett. codd.* || **6—8** *vv.* nam pater — sedibus ignis *iterum scr. in Div. II 45* || **7** ipse suas arces atque inclyta templa petivit *Lactantius* || **8** invectit **H** | aedibus *Lactantii codd.* **BR** || **9** venerataque *Gulielmius, qui tamen* gener Attaque *coni.* generataque *codd., quod 'in eius honorem ('memoriam' Ernesti) facta' interpretatus est Turnebus;* 'generata ex aere' (*poetice dictum*) *Pearce* generosaque *Muretus* (*cf.* generosa a stirpe profectam *§ 20*)*: ita legend. put. Lambinus* sacrataque *Wopkens, coll. Cic. Leg. II 18* | nattae **P** natae *codd.* || **10** vetuste (*corr. in* -to **V**) **AMV** vetustae **BHFP,** *unde* vetustae aeramine *coni. Plasberg* (*cf. Davies in comm.*) *ex Gulielmii* (aerumine) *coniect.* vetustae momine *Baehrens* || **11** divum (*ex* -om **V**) **BHFMPV** || **14** rigebat *corr. in* riga- **V** || **16** avulsa (*ex* avo- **V**; evul- **H**) **FMPVH** || **17** cum **H** | non vates *Baehrens* || **19** civile **AP** civili (*ex* -le **B**, *eras. ult. litt., puto* m) **MB**; *ita* **V**, *nisi quod* li *in* le *corr., inde* i *supadd., ut videtur* | civili e generosa *Baehrens* | generosa a stirpe *mg. ed. Lambini, qui vero* et generosa stirpe *edid.* generosam (-sā **H**, *compendii sign. del.*) stirpe *codd. nostri* generosa stirpe **O** | civili generosa stirpe profectos *codd. Cantabr. et Reg. apud Davisium*

instare ingentem cladem pestemque monebant;
tum legum exitium constanti voce ferebant,
templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
eripere et stragem horribilem caedemque vereri;
5 atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri,
ni prius excelsum ad columen formata decore
sancta Iovis species claros spectaret in ortus.
tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
cernere conatus posset, si solis ad ortum
10 conversa inde patrum sedes populique videret.
haec tardata diu species multumque morata 21

7 Cic. Catil. 3, 20; Dio Cass. XXXVII 9, 2; Iul. Obseq. 61; Arnob. VII 38; 40 || 8 Cic. Catil. 3, 20 || 11 Cic. Catil. 3, 20sq.; Div. II 47

1 *hunc v. post v. seq. collocant codd., nisi quod signum, crucis speciem repetens, vel potius asteriscum mg. laevo ante hunc v. adpos.* **H**; *rectum ordinem restit. Aldus* | instare *nos* (*coll. Div. I 14: cf. infra I 21* clades patriae . . . parata; *Catil. 3, 19* caedes atque incendia et legum interitum . . . appropinquare dixerunt, *et 21* caedes, incendia, interitum rei publicae comparari; *Arnob. VII 38* imminentium . . . periculorum metus, *et VII 40* res scaevas tristissimasque portendi) vitare **FM** vir **A**, *quod exp.* **V**, *cuius in mg. laevo aliquid scr., quod eras. non leg.; in mg. dextro* vel diram *scr. m. alt.* vire *corr. in* vitare **B** viri **HP** volvier *Baehrens, acute, si initium v. seq. ex codd. lectione* (voltum) *conferas; ita Plasberg*[1] *p. 95sqq., qui* in gentem *coni.* (*sic edid. Rom.*) || 2 voltum (*corr. in* vel *m. alt.*) legum **V** voltum (vol *lin. del., quantum leg.*) legum **B** voltum (vu- **HM**, -tu **P**) legum **AFHMP** *fieri potest illud* vol (vel) *nihil aliud fuisse nisi signum crucis* (†) *in mg. add., ut significaret hos duos vv. inverso ordine restituend.* (*ut est in* **H** *qui asteriscum add. in mg. laevo*) || 3 *de enclit.* que *postposita cf. Lucr. II 1050 et Munro comm. ad loc.* | ad eum *corr. in* adimi *m. alt.* **V** | urbemque *cod. Balliol.* urbisque (-besque **V** *ex* -bisque) *codd., unde* turbisque *coni. Baehrens; sed cf. Cic. Catil. 3, 19* (totius urbis . . . occasum) *et 21* (interitum rei publicae) || 5 tenere **AVP** || 6 ni (*ex* ne **V**) **HV** ne *cett. codd.* | prius **L**, *ita coni. Gulielmius* pos, t *supadd. m. alt.* **V** pus (*vel* pos?) **A** post *cett. codd.* | nei posta *Baehrens* ni posita *Deiter*[2] | excelsum *Merton. 311, ita coni. Lambinus: quod confirmant Cic. Div. I 21 et Catil. 3, 20; Arnob. VII 38 et 40* excesum (*corr. in* exci- **B**) **AB** excisum **VFM** excessum **HP** ex celso *coni. Friedrich*[1] *p. 421sqq.* | decorem **V** || 7 spectaret (*supscr.* at *m. alt., mg.* rit *m. alia*) **V** || 8 fore (*supadd.* t *m. alt.*) et (*exp.*) occultos (*corr. in* -us *m. alt.*) **V** | populos *corr. in* -us **H** || 10 convorsa **F**

consule te tandem celsa est in sede locata,
atque una fixi ac signati temporis hora
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna,
et clades patriae flamma ferroque parata
vocibus Allobrogum patribus populoque patebat. 5

13 Rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,
qui populos urbisque modo ac virtute regebant,
rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque
praestitit et longe vicit sapientia cunctos,
praecipue coluere vigenti numine divos. 10
haec adeo penitus cura videre sagaci,
otia qui studiis laeti tenuere decoris,
22 inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
fuderunt claras fecundi pectoris artis.
e quibus ereptum primo iam a flore iuventae 15
te patria in media virtutum mole locavit.
tu tamen anxiferas curas requiete relaxans,
quod patriae vacat, his studiis nobisque sacrasti.

1 consulet (*corr. in* -le) e (*corr. in* te) **V** consulet et **H** consul (*corr. in* -le **F**) te **BF** ‖ **2** *hunc v. om.* **BP**, *add. mg.* **B** ‖ **4** et **P**, *quod coni. Hottinger* ac **L** at (ad **A**) *cett. codd.* | parata *ex* paia- **B** parata *ex* -ti **F** patata (*ita* **A**), *corr. in* puta- **V** patrata **P** ‖ **5** populoque *Rom.*, *Ven.* populisque **HFMP** populusque (*corr. in* -lisque **BV**) **ABV** | petebat *corr. in* pa- **M** ‖ **6—8** quorum — vestri *om.* **H** ‖ **7** populus (*corr. in* -los **BV**) **APBV** | urbisque *ex* orbisquae **A** ‖ **10** viginti **VMP** ingenti **H** | numine *corr. in* no- **V** nomine (*corr. in* nu- **VM**) **BFVM** ‖ **12** trivere *vel* teruere *Thoresen coll. Cic. Lael. 104; sed cf. Cic. Leg. agr. 2,103 et Liv. I 28, 8* ‖ **13** *hiatum inter* Academia *et* umbrifera *esse put. Marmorale* (*p. 72 sq.*); *sed cf. Cic. Orat. 152. de syllabae* mi *mensura cf. M. Tullii Laureae epigramma in Plin. Nat. hist. XXXI 7; fuse disput. Traglia*[2] *p. 103* (*adnot. 2*) *et 158. aliter Lachmann* (*II, p. 159*) *ad Lucr. III 374, qui existim. 'Ciceronem, cum alii Graecos imitarentur, linguae Latinae proprietatem sequi maluisse, ut* Academiam *paenultima correpta diceret'* | imbrifera **H** | umbrifera inque Academia *Moser* ‖ **14** fecundo pectore chartas *Baehrens* ‖ **17** relaxans *Madvig* relaxas *codd.* ‖ **18** patriae vacat, his studiis *nos* (*praeeunte Axio*), *ex* patriae vocatis (a *sup.* o, i *sup.* s *scr.*) studiis **M**: *cf. infra II 7; Acad. I 11; Off. II 6* p. vocatis studiis *codd.*, *praeter* p. votis st. **P**, p. vocis (*trib. litt. eras. inter* c *et* i) st. **V** patria vacat his st. *Davies, qui tamen* relaxas *serv.* patriae vacat id st. *Madvig* relaxas, quam patriae vocis *Schütz* patriae voci studium *Förtsch* (*sed* relaxas *rec.*) | sacrastis **V**

Tu igitur animum poteris inducere contra ea, quae a me disputantur [et] de divinatione, dicere, qui et gesseris ea, quae gessisti, et ea, quae pronuntiavi, accuratissume scripseris? quid? quaeris, Carneades, cur haec ita fiant 23
5 aut qua arte perspici possint? nescire me fateor, evenire autem te ipsum dico videre. casu, inquis. itane vero? quicquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? quattuor tali iacti casu Venerium efficiunt; num etiam centum Venerios, si quadringentos
10 talos ieceris, casu futuros putas? adspersa temere pigmenta in tabula oris liniamenta efficere possunt; num etiam Veneris Coae pulchritudinem effici posse adspersione fortuita putas? sus rostro si humi A litteram impresserit, num propterea suspicari poteris Andromacham Enni ab ea
15 posse describi? fingebat Carneades in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci; credo, aliquam non dissimilem figuram, sed certe non talem, ut eam factam a Scopa diceres. sic enim se profecto res habet, ut numquam perfecte veritatem casus imitetur. 14
20 At non numquam ea, quae praedicta sunt, minus eveniunt. quae tandem id ars non habet? earum dico artium, 24 quae coniectura continentur et sunt opinabiles. an medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt. quid? gubernatores nonne falluntur? an Achivorum exer-
25 citus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio,

12 Cic. Orat. 5

2 disput. de *Ald.* disput. et de *codd.* || **8** casu *ex* -sum **H** casum *cett. codd.* || **9** efficiant *corr. in* -unt **B** || **10** ieceris *Rom.*, *Ven.* eieceris (eice- **H**) *codd.* | casus **BFM** || **11** efficere *corr. in* effinge- *m. alt.* **V** || **12** Coae *Crat.* (*sed mg.* aeque), *Victorius* cohe **H** co(a)eque **BVF** quo aeque **M** quoque **A** aeque **P** gnidiae coaeque *Rom.* Eoque *Gulielmius* '*ex cod. Palat.*'; *sed cf. quae obiecit Davies* | effici *corr. in* -ingi **V** | fortuita *om.* **P** || **13** humo *Rath* | a *supadd.* **BVF** || **14** ennii (*ex* -ni **A**) **VA** || **15** lapidicinis (*corr. in* lapicidi- *m. alt.* **V**) **AFMPV** lapidicini, s *supadd.* **B** || **16** diffiso (*corr. in* -sso **BV**) **APBV** || **17** eam] esse **H** || **19** imitatur **A** || **21—22** earum — continentur (*om.* quae) *add. mg.* **M** || **23** tamen *om.* **F**, *supadd.* **M**

ut 'profectione laeti piscium lasciviam intuerentur', ut ait Pacuvius, 'nec tuendi satietas capere posset'?

> Ínterea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare,
> ténebrae conduplicántur noctisque ét nimbum
> occaecát nigror. 5

num igitur tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? aut num imperatorum scientia nihil est, quia summus imperator nuper fugit amisso exercitu? aut num propterea nulla est rei publicae gerendae ratio atque prudentia, quia multa Cn. Pompeium, quaedam M. Catonem, non nulla etiam te ipsum fefellerunt? similis est haruspicum responsio omnisque opinabilis divinatio; coniectura enim nititur, ultra quam progredi non potest. ea fallit fortasse non numquam, sed tamen ad veritatem saepissime dirigit; est enim ab omni aeternitate repetita, in qua cum paene innumerabiliter res eodem modo evenirent isdem signis antegressis, ars est effecta eadem saepe animadvertendo ac notando.

3 Cic. De orat. III 157; Non. 423, 7; Iul. Vict. Ars rhet. 20 (R. L. M. p. 432, 1); cf. etiam Sis. Hist. IV 104; Cic. Rep. I 63; Curt. Ruf. IV 3, 17 || 4 Hom. Il. XI 173; XV 324; Aesch. frg. 69, 6; Eurip. frg. 104; Lucil. 209

1—5 *Pacuv. Teuc. 409—412* | intuemur *Usener* intuentur *Hermann* intuuntur *Stieglitz* || **2** p. (*supadd. m. alt.* **B**) quius **AFB** pcuius *corr. in* pacuvi- **V** p̄quovis **P** | satias *Gruter* | posset *Rom., Ven.* possit *codd.* | satias capere possiet *Gruter* capere posset satietas *malit Davies* satias capere nos potest *Usener* capere satietas potest *Hermann* satietas capier potest *Ribbeck ex censore in Leutschii ind. philol. 1872 p. 287* capere potis est satietas *Stieglitz* || **3** prope *supadd.* **H** | iam *om. Nonius* | ad occidentem solem horrescit *Nonius* || **4** nimbum *corr. in* -borum *m. alt.* **V** nimbus *corr. in* -um **A**; *cf. Heeringa*[1] *p. 48* || **7** aut *ex* at **A** | non **M** | imperatorum *ex* -rem **B** | in imp. scientia *Rath* || **8** nulla est *mg. Lambinus; sed cf. Davies ad loc.* | fugit *ex* fuit **B** || **10** ·C·N **AHM** ·CN *corr. in* ·gn· **V** ·CN· *supadd.* **B** || **11** quaedam (m *eras.*, da *in* dã *corr.*, *supadd.* **M**) catonem **V** | nulla *corr. in* nonnulla **V** || **13** opinabilis *glossam habuit Davies* || **14** fortasse *om.* **H** || **15** a (*supscr.* ad *m. alt.*) veritate (*supscr.* -tem *m. alt.*) **V** | dirigitur *corr. in* -git *m. alt.* **V** derigit *Müller; ita scr. Cic. Nat. deor. I 69 et II 144* || **16** innumerabiles *edd. ant.*

Auspicia vero vestra quam constant! quae quidem 15
nunc a Romanis auguribus ignorantur (bona hoc tua
venia dixerim), a Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis te-
nentur. nam quid ego hospitem nostrum, clarissumum 26
5 atque optumum virum, Deiotarum regem, commemorem?
qui nihil umquam nisi auspicato gerit. qui cum ex itinere
quodam proposito et constituto revertisset aquilae admo-
nitus volatu, conclave illud, ubi erat mansurus, si ire per-
rexisset, proxima nocte corruit. itaque, ut ex ipso audie- 27
10 bam, persaepe revertit ex itinere, cum iam progressus
esset multorum dierum viam. quoius quidem hoc prae-
clarissimum est, quod, posteaquam a Caesare tetrarchia
et regno pecuniaque multatus est, negat se tamen eorum
auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti se-
15 cunda evenerint, paenitere; senatus enim auctoritatem et
populi Romani libertatem atque imperii dignitatem suis
armis esse defensam, sibique eas aves, quibus auctoribus
officium et fidem secutus esset, bene consuluisse; anti-
quiorem enim sibi fuisse possessionibus suis gloriam. ille
20 mihi videtur igitur vere augurari. nam nostri quidem
magistratus auspiciis utuntur coactis; necesse est enim
offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur;
quod autem scriptum habetis pulte tripudium fieri, si ex 28

6 Cic. Div. II 20; Val. Max. I 4, ext. 2 || **21** Cic. Div. II 72—73; Fest. 386, 13; Paul. Fest. 285, 4

2 hoc *supscr.* hec **V** || **3** Pisidis *Marsus* phisidis (*vel* fi-) *codd.*, *praeter* sisidiis **H** | luciis **AM** || **4** iam *Rom.* || **6** gerit? *Rom.* || **11** quoius *corr. in* quo eius **V** quoius (*vel* quovis?) **P** cuius **AH** || **12.13** tetrarchia et regno *Davies* tetrarchiae regno *codd.* tetrarchia, regno *Ernesti* || **14.15** secunde (*corr. in* -da **V**) venerint **BFV** secundae venerint **MP** || **18** consiluisse *corr. in* consu- **B** coluisse **H** || **22** fructum **MP** || **23** quid *corr. in* quod **B** | pulte *nos* aut (*exp.*, *supscr.* hinc *m. alt.* **V**) *codd.* hinc **L** *et aliquot* **O**. *ad hunc locum desperatum* (*crucem praemis. plerique editt.*) *restituend. coni.*: avi tripudium *Turnebus* (*Advers. V 20*) tripudium *Ernesti* solistimum avi trip. *Christ* haut tripudium *Philippson. sed illud* ex ea *parum convenit cum* avi (*cf.* ex pulli ore *praeced. et Div. II 72, nec non* ex ore *sc.* avis, *Div. II 72 et 73*); ex ea *sc.* offa *intell. Ax: non inepte, si cf. II 72—73, sed hoc loco* offa *nimis disiunctum est. quocirca ex II 72—73* pulte *coni. audemus, cui illud* ex ea *referend. putamus*,

ea quid in solidum ceciderit, hoc quoque, quod dixi, coactum tripudium solistimum dicitis. itaque multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, neglegentia collegii amissa plane et deserta sunt.

16 Nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent. nam ut nunc extis (quamquam id ipsum aliquanto minus quam olim), sic tum avibus magnae res impetriri solebant. itaque, sinistra dum non exquirimus, in dira et in vitiosa incurrimus. ut P. Claudius, Appi Caeci filius, eiusque collega L. Iunius classis maxumas perdiderunt, cum vitio navigassent. quod eodem modo evenit Agamemnoni; qui, cum Achivi coepissent

> inter se strépere aperteque ártem obterere extíspicum,
> sólvere imperát secundo rúmore adversáque avi.

sed quid vetera? M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. in quo Appius, collega tuus, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum et civem egregium censor C. Ateium nota-

5 Val. Max. II 1, 1; Serv. ad Verg. Aen. I 346

coll. Fest. 284, 23 puls potissimum datur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse ⟨est aliquid decidere quod tripudium faciat⟩, id est te⟨rripuvium. pavire enim ferire est⟩

1 solum *Asc. 1521* || 2 quo actum **A** || 3 hospicia *corr. in* auspi- **B** || 5 privatum **H** || 6 nunc *om.* **H** || 7 auspices *Aldus* auspicis (*corr. in* -ciis *m. alt.* **V**) **AV**; *cf. Div. I 81* virginis (*nom. plur., ex rec.* **A**), *II 20* classis (*nom. plur., ex rec.* **B**), *II 24* haruspicis (*nom. plur., ex rec.* **A**)*: de quo disput. Lachmann ad Lucr. I 805* auspiciis *cett. codd.* || 9 tunc (*ex* tum **B**) **FMB** | impetriri *Manutius: cf. Div. I 3; II 35* impertiri *codd.* (*etiam Marsus, qui 'communicari atque committi nec non inde consilium peti' adnot.*) impartiri *Asc. 1521* || 12 L. *om.* **M**, *supadd.* **B** Livius *Rom.* || 15—16 *T. R. F.*[3] *88 sq.* (*ex inc. incertor. trag.*)*; Pacuvio dubitanter trib. Warmington* (*ex inc. incertor. trag., frg. 21 sq.*) || 15 inter sese *Davies* | extispiscium (*ex* -picum **V**) **HPV** || 16 ruore *corr. in* -more **V** rumore *ex* ore **M** | aversaque *Rom.* || 17 vetera *supadd. m. alt.* **M** || 20 Ateium *Manutius, ad C. Ateium Capitonem referens, de quo Cic. Fam. XIII 29 loquitur* (a)et(h)eium *codd.*

vit, quod ementitum auspicia subscriberet. esto; fuerit hoc censoris, si iudicabat ementitum; at illud minime auguris, quod adscripsit ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam cepisse. si enim ea causa calami-
5 tatis fuit, non in eo est culpa, qui obnuntiavit, sed in eo, qui non paruit. veram enim fuisse obnuntiationem, ut ait idem augur et censor, exitus adprobavit; quae si falsa fuisset, nullam adferre potuisset causam calamitatis. etenim dirae, sicut cetera auspicia, ut omina, ut signa, non
10 causas adferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura, nisi provideris. non igitur obnuntiatio Atei causam fin- **30** xit calamitatis, sed signo obiecto monuit Crassum, quid eventurum esset, nisi cavisset. ita aut illa obnuntiatio nihil valuit aut, si, ut Appius iudicat, valuit, id valuit, ut
15 peccatum haereat non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit.

Quid? lituus iste vester, quod clarissumum est insigne **17** auguratus, unde vobis est traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit. qui quidem
20 Romuli lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, cum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset, inventus est in-

9 Paul. Fest. 317, 7 ‖ **17** Cic. Nat. deor. II 9 ‖ **19—23** Dion. Halic. XIV 2, 5; Liv. I 18, 7; Plut. Camill. 32; Rom. 22; Val. Max. I 8, 11; Gell. V 8, 2; Macr. Sat. VI 8, 1; Serv. ad Verg. Aen. VII 187

1 subscripserit *ex* -et **P** subscripsit *Rath* ‖ **2** iudicabat *ex* -bit **H** ‖ **8** fuisset **L** fuissent *codd.* | potuissent (*ex* -et **B**) **HFMB** ‖ **9** dirae *Marsus* dira *codd.* | sicut et **ABHMP**, *unde* sicutei *Klotz* sicuti *Kayser* | omina **H**; *ita supscr. m. alt.* **V**, *ex* momina (*vel* in omina), *quantum leg.* in omnia *cett. codd.* monita **O** | ut in omina ut in signa *Ven.* ‖ **10** adferant **BF**; *ita* **M**, *ex* -rent ‖ **11** etei (et ei **F**) **AVHMF** aetei **B** ‖ **13** venturum, e *sup. praemis.*, **B** | aut] ut **BFM** | obnuntiatio *om.* **H** ‖ **14** ut[1] *om.* **H** ‖ **15** haereret *Davies* ‖ **17** quis *corr. in* quid **A** | clarissumum *ex* -me **B** ‖ **19** religiones **BF** | dixerit **BFMP** direrit **V** dixit *Marsus* (‘*dicendo designavit et finivit atque descripsit*’) ‖ **20—22** id est — invenit *glossam put. Lambinus* (*cf. J. Lipsius, Var. lect. I 20*), *del. plerique editt. praeter Müllerum et Axium* ‖ **20** leniter *Klotz*

31 teger. quid? multis annis post Romulum Prisco regnante Tarquinio quis veterum scriptorum non loquitur, quae sit ab Atto Navio per lituum regionum facta discriptio? qui cum propter paupertatem sues puer pasceret, una ex iis amissa, vovisse dicitur, si recuperasset, uvam se deo da- 5 turum, quae maxima esset in vinea; itaque, sue inventa, ad meridiem spectans, in vinea media dicitur constitisse, cumque in quattuor partis vineam divisisset trisque partis aves abdixissent, quarta parte, quae erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine uvam, ut scrip- 10 tum videmus, invenit. qua re celebrata, cum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent, erat in magno nomine
32 et gloria. ex quo factum est, ut eum ad se rex Priscus arcesseret. cuius cum temptaret scientiam auguratus, dixit ei cogitare se quiddam; id possetne fieri, consuluit. 15 ille augurio acto posse respondit. Tarquinius autem dixit se cogitasse cotem novacula posse praecidi. tum Attum iussisse experiri. ita cotem in comitium allatam inspectante et rege et populo novacula esse discissam. ex eo evenit, ut et Tarquinius augure Atto Navio uteretur et 20
33 populus de suis rebus ad eum referret. cotem autem illam et novaculam defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus. negemus omnia, comburamus annales, ficta haec esse dicamus, quidvis denique potius quam deos res humanas curare fateamur; quid? quod scriptum apud 25 te est de Ti. Graccho, nonne et augurum et haruspicum comprobat disciplinam? qui cum tabernaculum vitio

3 Cic. Nat. deor. II 9; Dion. Halic. III 70

3 Atto *Orelli; cf. Cic. Rep. II 36; Flor. I 1,5,2 (cod.* T*)* at(t)io *vel* actio *vel* acio *codd.* | discriptio *Halm* descriptio *codd.* || **5** se *ante* dicitur *add.* **H** | daturum *ex* -ram **P** || **6** maxume *corr. in* -ma **V** | siue, i *exp.* **V** suae, a *exp.* **B** || **8** tresque *corr. in* tri- **B** || **9** obduxissent **V** abduxissent **P** | regiones **F** regione *cett. codd.* || **12** ad unum **O** || **14** arcesseret *supscr.* accer *m. alt.* **V** accersiret **P** | auguratus *mg.* atius *m. alt.* **V** || **15** ei *om.* **P** | se *om.* **F** | ne *supadd.* **A** || **16** capto *cod. Lambini, ita Suet. Aug. 95; cf. Gifanius, Observatt. ling. Lat., p. 24* | respondet *corr. in* -dit **P** || **17** attum (i *sup.* u *add.*) **B** attium *vel* actium *cett. codd.* || **18** iussisse] posse **H** | expediri (*ex* -riri **B**) **AVFB** | illatam **H** || **20** attio *vel* actio *codd.* || **22** impositam *corr. in* -tum **P** || **24** denique *supadd.* **A**

cepisset inprudens, quod inauspicato pomerium transgressus esset, comitia consulibus rogandis habuit. nota res est et a te ipso mandata monumentis. sed et ipse augur Ti. Gracchus auspiciorum auctoritatem confessione errati sui 5 comprobavit, et haruspicum disciplinae magna accessit auctoritas, qui recentibus comitiis in senatum introducti negaverunt iustum comitiorum rogatorem fuisse. 18

Iis igitur adsentior, qui duo genera divinationum esse 34 dixerunt, unum, quod particeps esset artis, alterum, quod 10 arte careret. est enim ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur, veteres observatione didicerunt. carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura observatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura praesentiunt, quod et somniantibus 15 saepe contingit et non numquam vaticinantibus per furorem, ut Bacis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythraea. cuius generis oracla etiam habenda sunt, non ea, quae aequatis sortibus ducuntur, sed illa, quae instinctu divino adflatuque funduntur; etsi ipsa sors con-20 temnenda non est, si et auctoritatem habet vetustatis, ut eae sunt sortes, quas e terra editas accepimus; quae tamen ductae ut in rem apte cadant, fieri credo posse divinitus. quorum omnium interpretes, ut grammatici poetarum, proxime ad eorum, quos interpretantur, divinatio-25 nem videntur accedere. quae est igitur ista calliditas res 35 vetustate robustas calumniando velle pervertere? non reperio causam. latet fortasse obscuritate involuta naturae;

16 Arist. Orat. 45, 12; Clem. Alex. Strom. I 21; Schol. ad Aristoph. Pac. 1071

1 coepisset **ABVFP** | quod *ex* quo **B** | inauspicator, r *exp.* **A** || **2** consulimus (*corr. in* -bus **VM**) **AHVM** | rogantia (*corr. in* -atis **V**) **AHPV** || **3** a *om.* **BF** || **6** inproducti *corr. in* intro- **B** || **8–16** His igitur — furorem *habet* **R** | his *codd.* || **10** coniocture *corr. in* -ectura **V** proiectura *corr. in* conie- **B** coniecturas **H** || **11–12** persequuntur — coniectura *add. in calce* **A** || **15** contigit **AMP** || **16** Bacis *Marsus* bacchis (*sed* s *supadd.* **A**) *vel* bachis *codd.* | boetius (*corr. in* boeot- **H**) **BFH** boeotus **P** | cres *mg.* chies *m. alt.* **H** cros **M** || **20** si et *codd.*; et *molestum habuit Hottinger, del. Schütz* || **22** eductae **HP** | aptae **VFP**

non enim me deus ista scire, sed his tantum modo uti voluit. utar igitur nec adducar aut in extis totam Etruriam delirare aut eandem gentem in fulgoribus errare aut fallaciter portenta interpretari, cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus multa nostrae rei publi- 5 cae, multa ceteris civitatibus gravia et vera praedixerint. 36 quid? qui inridetur, partus hic mulae nonne, quia fetus exstitit in sterilitate naturae, praedictus est ab haruspicibus incredibilis partus malorum? quid? Ti. Gracchus P. f., qui bis consul et censor fuit, idemque et summus augur et 10 vir sapiens civisque praestans, nonne, ut C. Gracchus, filius eius, scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis haruspices convocavit? qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore esse moriendum, si feminam, ipsi, aequius esse censuit se maturam oppetere 15 mortem quam P. Africani filiam adulescentem; feminam emisit, ipse paucis post diebus est mortuus.

19 Inrideamus haruspices, vanos, futtiles esse dicamus, quorumque disciplinam et sapientissimus vir et eventus ac res comprobavit, contemnamus, ⟨condemnemus⟩ etiam 20 Babylonem et eos, qui e Caucaso caeli signa servantes numeris [et motibus] stellarum cursus persequuntur, con-

11 Cic. Div. II 62; Plut. Ti. Gracch. 1; Val. Max. IV 6, 1; Plin. Nat. hist. VII 122; Auct. de viris illustr. 57, 4

2 nec] ne **L** | adducar *mg.* ut rear **V** || **3** aut eandem g. in f. errare *add. mg. m. alt.* **B** || **4.5** terrae sepe (*del.*) nutis (*del.*, u *sup.* i *scr.*) sepe mugitus **H** || **5** multe **B** || **7** quid] quod **H** | quia *ex* qui **V** || **7.8** fetus extitit (hic *sup. praemis.*) **V** || **8** natura **B** || **9** mulorum **H** mularum *cod. Ursini; sed cf. Colum. VI 37, 3* | tibi gracchus p. filius *codd.* || **10** iidemque **B** || **11** ·g· gracchus *codd.*, *corr. Ven.* || **12** conpraehensis *ex* -sus **A** || **15** equus **H** | maturum *Davies coll. Plut. Ti. Gracch. 1, 5; sed cf. quae protulit Ax ad vb.* (*praesertim Cic. Brut. 125*) || **16** ·p· *supadd.* **B** | africani *supadd.* **A** | filium *Marsus* || **20** condemnemus *suppl. Vahlen*[2] (*p. 186*) *ex* condemnemus *lin. 22;* contemnamus *suppl. Davies. errant codd. nostri, qui post* comprobavit *tantum* contem(p)namus etiam *scr.* || **21** babilonios **P**, *cruce praemis. serv. Orelli* | et *eiec. Hottinger* || **22** et motibus *codd.*, *corruptum et obscurum, nisi forte corrigendum* ex motibus, *quasi sit 'gradibus', id est 'varia positura quod thema et thematicon dicitur a Graecis'* (*Marsus*), *vel potius 'secundum motus leges'. sed, si cf. Div. II 17* (siderum motus numeris persequuntur),

demnemus, inquam, hos aut stultitiae aut vanitatis aut inpudentiae, qui quadringenta septuaginta milia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent, et mentiri iudicemus nec saeculorum reliquorum iudicium,
5 quod de ipsis futurum sit, pertimescere. age, barbari vani **37** atque fallaces; num etiam Graiorum historia mentita est? quae Croeso Pythius Apollo, ut de naturali divinatione dicam, quae Atheniensibus, quae Lacedaemoniis, quae Tegeatis, quae Argivis, quae Corinthiis responderit, quis
10 ignorat? conlegit innumerabilia oracula Chrysippus nec ullum sine locuplete auctore atque teste; quae, quia nota tibi sunt, relinquo; defendo unum hoc: numquam illud oraclum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum,
15 nisi omnis aetas oraclorum illorum veritatem esset experta. idem iam diu non facit. ut igitur nunc minore gloria **38** est, quia minus oraculorum veritas excellit, sic tum nisi summa veritate in tanta gloria non fuisset. potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino adflatu con-
20 citabat, evanuisse vetustate, ut quosdam evanuisse et exaruisse amnes aut in alium cursum contortos et deflexos videmus. sed, ut vis, acciderit; magna enim quaestio est; modo maneat id, quod negari non potest, nisi omnem historiam perverterimus, multis saeclis verax fuisse id
25 oraculum.

2 Cic. Div. II 97; Lactant. Inst. VII 14, 4 ‖ **9** Herodt. I 66 sq. ‖ **10** Stoic. Vet. Frag. II 1214

Tusc. V 10 et Tim. 33, illud et motibus *peregrinum est et probabile apparet in textum irrepsisse ex marginis varia lectione* (? motus) *ab interpolatore ex Div. II 17 deducta* | stellarum cursus et motus *Davies coll. Div. II 17* (*sed ex rec.* **O**) *et Firm. Mat. Mathes. I 2,1* (*ubi* stellarum cursus *tantum scr.; cf. etiam I 2, 9*) motus stellarum ac (et) cursus *Rath* et motus stellarum cursusque *Orelli* et modis stellarum cursus *Polster* ex motibus stellarum harum cursus *Allen*

2 impudentiae *Lambinus* imprudentiae *codd.* | quadraginta (*corr. in* quadringe- **P**, *in* quadring- **F**) **BPF** | septuaginta *supadd.* **B** ‖ **5** vani *om.* **P** ‖ **8** lacaedemoniis *ex* -nis **A** ‖ **9** Tegeatis *Marsus; cf. Herodt. I 66 sq.* t(h)aygetis **AV** tayetis **P** tagyeatis **BF** targetis **H** thagrecis, r *exp.* **M** ‖ **16** non fit *Davies* | nunc *supadd.* **A** | nunc in minore *Davies* ‖ **17** sic *supadd.* **A** | tunc **BFM** ‖ **22** occiderit (*corr. in* ac- **V**) **AMPV**

20
39 Sed omittamus oracula; veniamus ad somnia. de quibus disputans Chrysippus, multis et minutis somniis conligendis, facit idem, quod Antipater ea conquirens, quae, Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis, sed exemplis grandioribus de- 5 cuit uti. Dionysi mater, eius qui Syracosiorum tyrannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, et doctum hominem et diligentem et aequalem temporum illorum, cum praegnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit se peperisse Satyriscum. huic interpretes portentorum, 10 qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, responderunt, ut ait Philistus, eum, quem illa peperisset, clarissimum 40 Graeciae diuturna cum fortuna fore. num te ad fabulas revoco vel nostrorum vel Graecorum poetarum? narrat enim ⟨et⟩ apud Ennium Vestalis illa: 15

> Et cita cum tremulis anus attulit artubus lumen.
> talia tum memorat lacrimans exterrita somno:
> 'Eurydica prognata, pater quam noster amavit,
> vires vitaque corpus meum nunc deserit omne.
> nam me visus homo pulcher per amoena salicta 20
> et ripas raptare locosque novos; ita sola
> postilla, germana soror, errare videbar

2 Stoic. Vet. Frag. II 1199; III Ant. 41 || 4 Diels, Vorsokrat. 87 (80) B 79 || 8 Val. Max. I 7, ext. 7

1 mittamus **V** || 3 isdem (s *del.* **V**) **A B F M P V** || 4 ant(h)ipontis **V H P** || 6 dionisi *corr. in* -sii **V** | syracosiorum *corr. in* syracu- **A** syracu- **HM** syracusanorum **P** || 10 somniorum (*ita mg., ex* portentorum *Crat.*) *pro* portentorum *cod. Eliens. teste Davisio* || 11 quia **V** | galeotae '*vetus codex*' *auctore Ursino* ga(l)leat(a)e *codd.* Agalleate *Rom.* | tum *corr. in* tunc **B** || 12 ut ait Philistus *a librario add. put. Gruter* || 13 ad *supadd. m. alt.* **B** || 15 et *om. codd., add. Madvig* | Vestalis Ilia *Hier. Columna (1590)* || 16—p. 27,10 *Enn. Ann. 35—51* || 16 etcita (*corr. in* ex- **V**) **BV** excita **H** Eccita *Klotz (Neue Jahrb. 1855, p. 203)* | an. attu artubus *corr. in* artubus attii *m. alt.* **V** lumen anus artubus actu (*mg.* anus attulit artubu' lumen *Crat.*) *Rom., Crat.* | *post* lumen *plenius interpunx. Vahlen* || 17 dum *Marsus* | commemorat *edd. ant.* || 18 Eurydice *Marsus* || 19 viteque *corr. in* -taque **V** vita **B F M** | meum corpus **B F M**, *ita* **V**, *ex* c. m. || 21 novas *corr. in* -os **B**

tardaque vestigare et quaerere te neque posse
corde capessere; semita nulla pedem stabilibat.
exin compellare pater me voce videtur 41
his verbis: „O gnata, tibi sunt ante gerendae
5 aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet."
haec effatus pater, germana, repente recessit
nec sese dedit in conspectum corde cupitus,
quamquam multa manus ad caeli caerula templa
tendebam lacrumans et blanda voce vocabam.
10 vix aegro tum corde meo me somnus reliquit.'

Haec, etiamsi ficta sunt a poeta, non absunt tamen a consuetudine somniorum. sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia 21 42

máter gravida párere se ardentém facem
15 visá est in somnis Hécuba; quo factó pater
rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
percúlsus, curis súmptus suspirántibus,

5 Enn. Ann. 55 || 8 Apoll. Rhod. I 248sqq. || 14 Apollod. III 12, 5; Ovid. Her. 17, 237sq.; Hygin. Fab. 91, 9; Dict. Cret. 3, 26

3 exim **BFP** || 4 o gnata *Asc. 1521; ita cod. Reg. teste Davisio* cognata (-gnita **H**) *codd.* | gerenda **P** ferendae *Davies* || 5–6 *inverso ordine trad. codd., corr. Asc. 1521* || 5 resistit **P** || 6 efatus (*corr. in* effa- *m. alt.* **V**) **AV** fatus **H** effa *supadd.* tus **B** ecfatus *Müller, coll. Div. I 81 et 106* | pater effatus (*ex* effatus pater **V**) **FMV** || 7 conspectu **P** || 8 *cf. Wreschniok p. 41* || 10 cum **BVH FM** | somne *ex* -nus **V** | relinquit *corr. in* -quis **V** | somne relinquis *mg.* somnu' reliquit *Crat.* || 13 quia *v. initium est in codd.* (*ita Zillinger p. 109, adnot. 4; Snell pp. 4 et 22sq.*) *praeter in* **H**, *ubi vv. continue scribuntur, quamquam post* conturbatus *plenius interpungitur, et in* **F**, *qui vv. 14–17 nulla intermissione tamquam solutam orationem scribit, cum Enniani vv. ex verbis* exsacrificabat hostiis ... *initium sumant. extra v. illud* quia *ponendum et Ciceroni tribuendum put. Ribbeck; apud Marsum tantum* Rex ipse — Pergamo *ut vv. scribuntur* || 14–p. 28, 8 *Enn. Scaen. 35–46. hos vv. Ennii 'Alexandro' trib. Hartung* (*Eurip. restitutus, II, p. 234*), *Ribbeck* (*p. 81sqq.; in T. R. F.*[3] *p. 273 hos vv. in incert. incertorum fabulis collocandos put.*), *Warmington* (*frgg. 38–49*) || 14 mea mater *Vahlen* en mater *Brakman* (*Mnemos. 1933, p. 376*) nam mater *Grilli p. 183* | parere se (*om.* **H**) *codd.* p. ex se *Bücheler* || 15 fato *Heinsius* || 16 mentem *Lambinus* mortis *Bothe* || 17 sumptis **P** | aestuantibus *Ribbeck p. 82, adnot. 15*

exsácrificabat hóstiis balántibus.
tum cóniecturam póstulat pacém petens,
ut se édoceret, óbsecrans Apóllinem,
quo sése vertant tántae sortes sómnium.
ibi éx oraclo vóce divina édidit 5
Apóllo, puerum, prímus Priamo quí foret
postílla natus, témperaret tóllere:
eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

43 sint haec, ut dixi, somnia fabularum, hisque adiungatur etiam Aeneae somnium, quod in nostri Fabi Pictoris 10 Graecis annalibus eius modi est, ut omnia, quae ab Aenea gesta sunt quaeque illi acciderunt, ea fuerint, quae ei secundum quietem visa sunt.

22 Sed propiora videamus. cuiusnam modi est Superbi Tarquini somnium, de quo in Bruto Acci loquitur ipse? 15

44 Quoniám quieti córpus nocturno ímpetu
dedí, sopore plácans artus lánguidos,
visús est in somnis pástor ad me appéllere
pecús lanigerum exímia pulchritúdine;

8 Eurip. Andr. 298; Hygin. Fab. 91, 2

1 et sacrificabat **H** ecsacrificabat *Orelli* dis sacrificabat *Vahlen* || **2** coniecturum **O** coniectorem *pler. edd. ant.* || **3** doceret **V** | obsecrans *ex* -as **A** || **4** sese *corr. in* se **F** | sorores *corr. in* -is **F** || **5** ubi **B F** sibi, s *del.* **H** ibi enim ex **P** | divinae **A** | vocem divinam *cod. Eliens. teste Davisio* | ededit *corr. in* edi- **V** || **6** prius **V** primum *Marsus* || **7** temperaret tollere *corr. in* tempora extoll- *m. alt.* **V** temptaret **H** || **7–8** *vv.* post illa — Pergamo *una eademque lin. continet* **A**; *vv.* Apollo — Pergamo *continuos scr.* **F** || **9** sunt **P** | iisque (isque **B**) **F B** | adiunguntur **H** || **10** eaeneae **A** | in nostri *Hertz* (*Philol. klin. Feldzug 1828, p. 33*) in numerum *codd.* in Numeri *Aldus* nimirum in *Dederich* (*Quaest. philol., p. 3 sqq.*) inclusum *van den Bergh* in veterrumis *Plüss* in *von Gutschmid* (*Kl. Schr. 1894, p. 513*) || **12** fuerunt **M** || **14** propriora (*corr. in* propi- **M**) **A B V F M** propria **H** || **15** Accii (-ci *Camerarius*) *edd. ant.* accius **A B V P** actius **H M** || **16**—p. 29, **8** *Acc. Brut. 17—28* || **16** Quum iam *Victorius* Quum (*ita Asc. 1521*), *mg.* Quum iam *Crat.*, *in qua ex* ipse *v. exorditur* (*ita Asc. 1521*) Quom *Marsus* || **18** visus est **H** (visust *Lambinus*) visum est *cett. codd.*, *unde* visumst ... pastorem *Orelli* | somniis **P** | appellere *ex* appetle- **B** appellare **H** || **19** *vv.* pecus — pulchritudine *et p.* 29, **1** duos — eligi (*hunc v. om.* **M**) *inter se transpos. codd. praeter* **F**

duos cónsanguineos árietes inde éligi
praeclárioremque álterum immoláre me;
deinde eíus germanum córnibus conítier,
in me árietare, eoque íctu me ad casúm dari;
5 exín prostratum térra, graviter saúcium,
resupínum in caelo cóntueri máximum ac
miríficum facinus: déxtrorsum orbem flámmeum
radiátum solis líquier cursú novo.

eius igitur somnii a coniectoribus quae sit interpretatio **45**
10 facta, videamus:

Réx, quae in vita usúrpant homines, cógitant, curánt, vident,
quaéque agunt vigilántes agitantque, éa si cui in somno áccidunt,
15 mínus mirandum est; dí rem tantam haud témere inproviso ófferunt.
próin vide ne, quém tu esse hebetem députes aeque ác pecus,
ís sapientiá munitum péctus egregié gerat

2 pre (*inde quattuor litt. eras.*) clarioremque **B** | involare *Lambinus* | me *om.* **FMP** || **6** maxime *corr. in* -mum **B** | ac *v. seq. initium facit in* **F**, *nec non in* **A M**, *qui hunc senar. cum* orbem *concludunt et ultim. senar.* flammeum — novo *scr.* ac *del. Ribbeck* || **8** liquier *cod. Balliol.* linquier *codd., praeter* linquere (*corr. in* -quier) **H** fluere *Marsus* nitier *Davies* || **11** – p. 30, 7 *Acc. Brut. 29—38. hos vv. tamquam solutam orationem descr.* **A**; *ita distrib. Rom.:* Rex (Res *Rom.*) — cogitant; Curant — agitantque; Ea si cui (sicuti *Rom.*) — mirandum est; Sed in re — offerunt; Proin — deputes; Aeque — pectus; Egregium — expellat; Nam — tibi; Populo — fore; Perpropinqua — populo; Nam — laeva; Signum — est; Rem — fore || **11** reges **B F** rex *corr. in* res **V** res **M** rerumque in **H** || **13** agitant *Marsus* | si cui (*corr. in* cut) **V** sicut **H** || **14** accidunt *corr. in* -ant **V** || **15** mirum est **O** mirum est minus *Marsus* | sed in re tanta *codd., def. Plasberg reflexivum illud* offerunt *habens, coll. Ter. Andr. 188* di rem tantam *Christ* sed rem tantam *Pohlenz* (*apud Axium*) mirum est, sed di rem tantam *Neukirch* | haud **B V H P** | improviso se off. *Cantabrig. apud Davisium* visa afferunt *cod. Eliens. teste Davisio, unde* visa se off. *coni. Davies* | invisa *Hottinger* || **17** proinde (*ita* **P**), de *del.* **H** | deputas **H** || **19** egregie *Bothe* egregium *codd.*

téque regno expéllat; nam id, quod dé sole ostentúm est tibi,
pópulo commutátionem rérum portendít fore
pérpropinquam. haec béne verruncent pópulo. nam quod ad déxteram 5
cépit cursum ab laéva signum praépotens, pulchérrume
aúguratum est rém Romanam públicam summám fore.

23 46 Age nunc ad externa redeamus. matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis, visam esse videre in somnis simulacra 10 deorum, quae ipsa domi consecravisset; ex iis Mercurium e patera, quam dextera manu teneret, sanguinem visum esse fundere; qui cum terram attigisset, refervescere videretur sic, ut tota domus sanguine redundaret. quod matris somnium inmanis filii crudelitas comprobavit. quid ego, 15 quae magi Cyro illi principi interpretati sint, ex Dinonis Persicis libris proferam? nam cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra adpetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur et abiret; ei magos dixisse, quod genus sapientium et doctorum habe- 20 batur in Persis, ex triplici adpetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi. quod ita contigit; nam ad septuagesimum pervenit, cum quadraginta natus an- 47 nos regnare coepisset. est profecto quiddam etiam in barbaris gentibus praesentiens atque divinans, siquidem ad 25 mortem proficiscens Callanus Indus, cum inscenderet in

1 te **H** || 4 perpropinquam *Marsus* -qua *codd.* | averuncent **P O** veruncent *mg.* indicent **V** || 5 a dexterram *corr. in* ad dexteram **B** quod dexterum *vel* ad quod dexteram *J. Vossius* || 6 caepit **A** coepit **P** || 8 Age iam *edd. ant.* (*praeter Victorium*) | exteriora **P** || 10 somniis *Asc.* || 11 ipsa phalaris (*ex* phalaridis **B**) *codd.;* phalaris *primus exp. Marsus* | quae ipse Phalaris *Davies* | is **AB** his **HMP** || 12 patera *ex* pate **B** || 13 esset **B** | attingeret *Rom.* || 16 sunt *corr. in* sint **A** | dinonisi (*corr. in* dy- **V**) **AV** dionisii (-si **FM**) **HPFM** || 17 persici **P** | libris *ut glossema del. Gulielmius* || 19 volvens **H** | ei *supadd.* **B** || 20 sapientum *Marsus* | 21 in Persis ipsis *Gruter* in Susis *Gulielmius* || 22 contingit *corr. in* -tigit **B** || 24 profecto] autem **H** || 26 ascenderet (*ex* scen- **B**) **FMB** conscenderet **H** escenderet *Gulielmius*

rogum ardentem, 'O praeclarum discessum', inquit, 'e vita, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit!' cumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret, 'Optume', inquit; 'pro-
5 pediem te videbo.' quod ita contigit; nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. discedo parumper e somniis, ad quae mox revertar. qua nocte templum Ephesiae Dianae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum, atque, ubi lucere coepis-
10 set, clamitasse magos pestem ac perniciem Asiae proxuma nocte natam.

Haec de Indis et magis. redeamus ad somnia. Hannibalem Coelius scribit, cum columnam auream, quae esset in fano Iunonis Laciniae, auferre vellet dubitaretque, **24** **48**
15 utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebravisse, cumque solidam invenisset, statuisse tollere; ei secundum quietem visam esse Iunonem praedicere, ne id faceret, minarique, si fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret; idque ab homine
20 acuto non esse neglectum; itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam et eam in summa columna conlocavisse. hoc item in Sileni, quem Coelius sequitur, Graeca historia est (is autem diligentissume res Hannibalis persecutus est): Hannibalem, cum cepisset **49**
25 Saguntum, visum esse in somnis a Iove in deorum concilium vocari; quo cum venisset, Iovem imperavisse, ut

1–5 Val. Max. I 8, ext. 10 || **7** Cic. Nat. deor. II 69 || **24** sqq. Liv. XXI 22, 6 sqq.; Val. Max. I 7, ext. 1

1 oppe clarum **B** || **2** vita, e *sup. praemis.* **B** | ut] in (*exp., supscr.* ut **L**) **AL** et **H** || **5** contingit *corr. in* -tigit **B** || **6** dies *corr. in* -ebus **B** || **7** somnis **H** | ad quae *Asc.* atque *codd.* || **9** ibi *corr. in* ubi **AB** || **10** clamasse **H** || **12** indiis **B** || **14** Laciniae *Marsus* luciae **AVH** lucin(a)e **BFM** lyciae **P** || **16** statuisset **B** statuissetque *ex* -set **V** || **18** manarique *corr. in* mi- **A** minitarique *Rom., Ven.* | si] si id *Rom.* | se *om. Marsus* | curatutu[t], tu[t] *eras.* **A** | eam *corr. in* eum **B** || **19** qui (*corr. in* quo) bone (*corr. in* bene) **V** | videbat *Davies* || **20** et terebratum **H** terebratum **P** || **22** column(a)e **AVHP** summo columnae *Merton. 311 et* **O** | item *Lambinus, qui etiam* itidem *coni.* idem (*ex* isd- **BV**) **FMBV** isdem (s *exp.* **A**) **HPA**

Italiae bellum inferret, ducemque ei unum e concilio datum, quo illum utentem cum exercitu progredi coepisse; tum ei ducem illum praecepisse, ne respiceret; illum autem id diutius facere non potuisse elatumque cupiditate re-spexisse; tum visam beluam vastam et inmanem circum- 5 plicatam serpentibus, quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere, et eum admiratum quaesisse de deo, quodnam illud esset tale monstrum; et deum respondisse vastitatem esse Italiae praecepisseque, ut pergeret protinus, quid retro atque a tergo fieret, ne 10
50 laboraret. apud Agathoclem scriptum in historia est Hamilcarem Karthaginiensem, cum oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem se postridie cenaturum Syracusis; cum autem is dies inluxisset, magnam seditionem in castris eius inter Poenos et Siculos milites esse factam; 15 quod cum sensissent Syracusani, inproviso eos in castra inrupisse, Hamilcaremque ab iis vivum esse sublatum. ita res somnium comprobavit. plena exemplorum est
51 historia, tum referta vita communis. at vero P. Decius ille Q. f., qui primus e Deciis consul fuit, cum esset tribunus 20 militum M. Valerio A. Cornelio consulibus, a Samnitibusque premeretur noster exercitus, cum pericula proeliorum iniret audacius monereturque, ut cautior esset, dixit, quod exstat in annalibus, sibi in somnis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, occidere cum 25 maxuma gloria. et tum quidem incolumis exercitum obsi-

11 sqq. Diod. XX 29, 3 et 30, 2; Val. Max. I 7, ext. 8 || **19** sqq. Liv. VIII 9, 4 sqq.; Val. Max. I 7, 3

1 e] in **H** || **2** coepisset (t *exp.* **M**) **BM** || **3** autem *supadd.* **B** || **4** id *om.* **H** | posse **P** || **8** de eo *corr. in* de deo **B** | quidnam *Marsus* || **9** precoepissetque, t *del.* **M** praecepisse *Rom.*, *Ven.* pr(a)ecepissetque *codd.* || **16** sentissent **B F** | improvisos *corr. in* -so eos **B** || **17** his **B H F M P** || **18** exemplo, rum *supadd.* **B** || **19** *de rationibus inter Ciceronem et Valerium Maximum intercedentibus cf. Thormeyer p. 84* || **21** aulo *codd.* | consulibus *Rom.*, *Ven.* consule *codd.* cos *Plasberg* || **24** ⟨se⟩ sibi *Müller; sed pronominis personae, quod proposit. infinitivae subiectum adsumitur, ellipsi Cicero ipse usus est* (*cf. Verr. II 1, 97; De orat. I 101; Deiot. 21*) || **26**—p. 36, **1** columis exercitum — Megaram *desunt in* **P**, *duobus foliis circiter amissis*

dione liberavit; post triennium autem, cum consul esset, devovit se et in aciem Latinorum inrupit armatus. quo eius facto superati sunt et deleti Latini. cuius mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius. sed venia- 52
5 mus nunc, si placet, ad somnia philosophorum.

Est apud Platonem Socrates, cum esset in custodia 25 publica, dicens Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum; vidisse se in somnis pulchritudine eximia feminam, quae se nomine appellans diceret Home-
10 ricum quendam eius modi versum:

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit.

quod, ⟨ut⟩ est dictum, sic scribitur contigisse. Xenophon Socraticus (qui vir et quantus!) in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia, quorum
15 eventus mirabiles exstiterunt. mentiri Xenophontem an 53 delirare dicemus? quid? singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino ipsene errat an alios vult errare, cum scribit Eudemum Cyprium, familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse, quae erat urbs in
20 Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur; in eo igitur oppido ita graviter aegrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent; ei visum in quiete egregia facie iuvenem dicere fore ut perbrevi convalesceret, paucisque diebus interitu-
25 rum Alexandrum tyrannum; ipsum autem Eudemum quinquennio post domum esse rediturum. atque ita qui-

6 Plat. Crit. 44a–b ‖ **10** Hom. Il. IX 363 ‖ **11** Plat. Crit. 44b; Diog. Laert. II 35; Calcid. Comm. ad Plat. Tim. 254 ‖ **12** Xenoph. Anab. III 1, 11sqq.; IV 3, 8; Lucian. Somn. 17 ‖ **18** Plut. Dion. 22, 5

6 socratoes, oe *exp.* (*ut videtur*), i *supscr.* **B** ‖ **11** Phthiae *Marsus* pythlae **AV** pythel(a)e **BFM** phithae **H** Pythie *Rom.* | locavit (*corr. in* -bit **V**) **AV** | *hunc v. ita vertit Calcidius:* Tertia luce petes Phthiae praefertilis arva; *cf. Waszink p. 263* ‖ **12** ut *om. codd., praeter* **V** (*m. alt. supscr.*) | ut est dictum *eiciend. put. Davies* ‖ **13** qua *ex* quam **B** ‖ **14** scribere **H** ‖ **18** sui *corr. in* suum **B** ‖ **24** perbreviter **H** brevi *Rom.* ‖ **26** illa *corr. in* ita **B** ita *cett. codd.* ista *Davies*

dem prima statim scribit Aristoteles consecuta, et convaluisse Eudemum, et ab uxoris fratribus interfectum tyrannum; quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, proeliantem eum ad Syracusas occidisse; ex quo ita illud 5 somnium esse interpretatum, ut, cum animus Eudemi e
54 corpore excesserit, tum domum revertisse videatur. adiungamus philosophis doctissimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem; qui, cum ex aede Herculis patera aurea gravis subrepta esset, in somnis vidit ipsum deum 10 dicentem, qui id fecisset. quod semel ille iterumque neglexit. ubi idem saepius, ascendit in Arium pagum, detulit rem; Areopagitae comprehendi iubent eum, qui a Sophocle erat nominatus; is quaestione adhibita confessus est pateramque rettulit. quo facto fanum illud Indicis 15 Herculis nominatum est.

26 55 Sed quid ego Graecorum? nescio quo modo me magis nostra delectant. omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proxume Coelius: cum bello Latino ludi votivi maxumi primum fierent, civitas ad arma repente est excitata, ita- 20 que ludis intermissis instaurativi constituti sunt. qui ante quam fierent, cumque iam populus consedisset, servus per circum, cum virgis caederetur, furcam ferens ductus est. exin cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret praesulem sibi non placuisse ludis, idque 25

19 Dion. Halic. VII 68; Liv. II 36, 1; Val. Max. I 7, 4; Arnob. VII 39; Macr. Sat. I 11, 3sqq. || **24** Dion. Halic. VII 68; Plut. Coriol. 24sq.; Liv. II 36; Val. Max. I 7, 4; Lactant. Inst. II 7, 20; Macr. Sat. I 11, 3; Aug. Civ. Dei IV 26 et VIII 13

1 aristotelis (*corr. in* -les **V**) **AHMV** || **6** interpretandum *Rath* | eudemi *ex* eund. **B** eudemiae (ae *exp.*) e (*add. m. alt.*) **V** || **8** philosophos *corr. in* -is **H** || **11** quid (*corr. in* qui id **M**) **VHM** quis *Marsus* | neclexit **B** || **12** *post* saepius *add.* admonet *Rom.* | scendit (*corr. in* asc- *m. alt.* **V**) **HV** | arium *corr. in* -io **M** marium *corr. in* in arium **B** | ariopagum (are- **H**) **AH** || **13** ariopagitae (*ex* are- **B**) **FMB** || **19** proxumae **A** proxume *supscr.* maxime *m. alt.* **V** proximus **L** || **20** excitata (*inde supadd.* ita) quae (a *del.*) **B** excita *supadd.* ta *m. alt.* **H** || **21** consecuti **H** | quantae *corr. in* qui ante **A** || **24** cuiquam *corr. in* -dam **B** || **25** qui *ex* quid **AB**

ab eodem iussum esse eum senatui nuntiare; illum non esse ausum. iterum esse idem iussum et monitum, ne vim suam experiri vellet; ne tum quidem esse ausum. exin filium eius esse mortuum, eandem in somnis admoni-
5 tionem fuisse tertiam. tum illum etiam debilem factum rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum, cumque senatui somnium enarravisset, pedibus suis salvum domum revertisse. itaque somnio comprobato a senatu ludos illos iterum instauratos
10 memoriae proditum est. Gaius vero Gracchus multis dixit, 56 ut scriptum apud eundem Coelium est, sibi in somnis quaesturam petenti Tiberium fratrem visum esse dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum. hoc, ante quam tribunus
15 plebi C. Gracchus factus esset, et se audisse scribit Coelius et dixisse multis. quo somnio quid inveniri potest certius?

Quid? illa duo somnia, quae creberrume commemorantur a Stoicis, quis tandem potest contemnere? unum de Simonide: qui, cum ignotum quendam proiectum mor- 27
20 tuum vidisset eumque humavisset haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura adfecerat; si navigavisset, eum naufragio esse periturum; itaque Simonidem redisse, perisse ceteros, qui tum navigassent. alterum ita traditum cla- 57
25 rum admodum somnium: cum duo quidam Arcades

10 H. R. R. I 174; Plut. C. Gracch. 1, 7; Val. Max. I 7, 6 ‖ **19** sqq. Cic. Div. II 134 sq.; Val. Max. I 7, ext. 3 ‖ **25** sqq. Stoic. Vet. Frag. II 1205; Val. Max. I 7, ext. 10; Alcuin. 27 (R. L. M. 538, 38)

1 iussum *Ven.* visum *codd.* ‖ **6** lectulo *Rom.* ‖ **8** domum *om.* **AVH**; *sed cf. Liv. II 36, 1 et Val. Max. I 7, 4* ‖ **9** instaurato **A** ‖ **10** gaius *codd.* C. *edd. ant.* ‖ **12** petenti *om.* **V** petere dubitanti *Halm* non petenti *Klotz; contra Usener*[2] *p. 392* | tiberium *codd.* Ti. *pler. editt.* ‖ **13** quem **BFM** | eodem] eo demum *Davies* ‖ **14** pereundum *ex* -dem **B** ‖ **15** plebis (*ex* -bi **M**) **VM** ‖ **16** dixisse multis *codd.: de hoc usu cf. Div. I 51; Sen. Clem. II 1, 1* (deinde aliis narrasse)*; Liv. VI 17, 6; XXV 8, 6 et 10* illum dix. mult. *Christ* dix. eum mult. *Müller* dix. multos *Hottinger* | inveniri *ex* -re **B** ‖ **20** humanavisset (na *exp.* **F**) **BF** ‖ **22** si enim navigaret *Davies* ‖ **23** credidisse *corr. in* redisse **V** ‖ **24** tum *om.* **H** | navigassent *ex* -et **A** navigavissent **BF**

familiares iter una facerent et Megaram venissent, alterum ad coponem devertisse, ad hospitem alterum. qui ut cenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, ut subveniret, quod sibi a copone interitus pararetur; eum primo, perterritum 5 somnio, surrexisse; dein cum se conlegisset idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse; tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur; se interfectum in plaustrum a copone esse con- 10 iectum et supra stercus iniectum; petere, ut mane ad portam adesset, prius quam plaustrum ex oppido exiret. hoc vero eum somnio commotum mane bubulco praesto ad portam fuisse, quaesisse ex eo, quid esset in plaustro; illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse, copo- 15 nem re patefacta poenas dedisse.

28 58 Quid hoc somnio dici potest divinius? sed quid aut plura aut vetera quaerimus? saepe tibi meum narravi, saepe ex te audivi tuum somnium: me, cum Asiae pro cos. praeessem, vidisse in quiete, cum tu equo advectus ad quandam magni 20 fluminis ripam provectus subito atque delapsus in flumen nusquam apparuisses, me contremuisse timore perterritum; tum te repente laetum exstitisse eodemque equo adversam ascendisse ripam, nosque inter nos esse complexos. facilis coniectura huius somnii, mihique a peritis in Asia prae- 25 dictum est fore eos eventus rerum, qui acciderunt. venio

1 familiares *om.* **H** ‖ 2 coponem (*corr. in* cau- **B**; *supscr.* cau *m. alt.* **V**) **BV** ponem (*sup. ras. duar. litt. ab initio* cau *scr. m. alt.*) **A** cauponem **FM** ‖ 3 concubia *corr. in* connu- *m. alt.* **V** ‖ 5 a pone (*supadd.* cau) **B** o (*corr. in* a co *m. alt.*) pone, *nisi quod* a caupone *supscr. tertia m.* **V** pone *supadd.* a cau *m. alt.* **A** copone **FM** | primo *ex* -mum **P** ‖ 7 dixisset **BF** ‖ 9 vivo *supscr.* omnino (*quantum leg.*) **H** ‖ 10 putaretur *corr. in* pate- **V** | caupone *corr. in* cau- *m. alt.* **V** caupone **BHFM** ‖ 14 plostrum **BF** plustro *corr. in* plau- **B** ‖ 15 esse] fuisse **H** | cauponem *codd.*, *praeter* cop- **P** ‖ 17 aut *om.* **H** ‖ 18 veteret *corr. in* -ra *m. alt.* **V** ‖ 19 pro cos.] procis **AV** provinciis **HP** provinciae *Rom.*, *Ven.* ‖ 21 proiectus (*ex* prove- **F**) **MF** | delatus **H** ‖ 22 numquam **H** | contremuisse *ex* contreui- **B** ‖ 25 coniectura] cetera **H** ‖ 26 est *supadd.* **V** | *post* rerum *iterum* dictum est (*inde exp.*) *scr.* **A** | quia, a *exp.* **BV**

nunc ad tuum. audivi equidem ex te ipso, sed mihi saepius 59
noster Sallustius narravit, cum in illa fuga nobis gloriosa,
patriae calamitosa in villa quadam campi Atinatis mane-
res magnamque partem noctis vigilasses, ad lucem denique
5 arte et graviter dormitare ⟨te⟩ coepisse; itaque, quamquam
iter instaret, tamen ⟨se⟩ silentium fieri iussisse neque esse
passum te excitari; cum autem experrectus esses hora
secunda fere, te sibi somnium narravisse: visum tibi esse,
cum in locis solis maestus errares, C. Marium cum fasci-
10 bus laureatis quaerere ex te, quid tristis esses, cumque tu
te patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dex-
tram tuam et bono animo te iussisse esse lictorique pro-
xumo tradidisse, ut te in monumentum suum deduceret,
et dixisse in eo tibi salutem fore. tum et se exclamasse
15 Sallustius narrat reditum tibi celerem et gloriosum para-
tum, et te ipsum visum somnio delectari. nam illud mihi
ipsi celeriter nuntiatum est, ut audivisses in monumento
Mari de tuo reditu magnificentissumum illud senatus
consultum esse factum, referente optumo et clarissumo
20 viro consule, idque frequentissimo theatro incredibili cla-
more et plausu comprobatum, dixisse te nihil illo Atinati
somnio fieri posse divinius.

At multa falsa. immo obscura fortasse nobis. sed sint 29 60
falsa quaedam; contra vera quid dicimus? quae quidem
25 multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus. nunc

2 sqq. Val. Max. I 7, 5

2 ulla *corr. in* illa **B** ‖ 5 dormitare *codd.*, *unde* dormitare te *scribend. putamus* dormire *Lambinus* dormire te *Müller* | te et grav. dormitare *F. A. Wolf* | coepisse *edd. ant.* c(o)episses (-set **LO**) *codd.* coepisse te *Davies* ‖ 6 tamen se *nos* te tamen *codd.*, *miro errore* (*cf. lin. 5*) *ob dittographiam* (-ret te ta-) se tamen *F. A. Wolf* se *post* iussisse *pos. Müller* ‖ 9 G· (Gaium **V**) Marium (Man- **H**) *codd.*, *corr. Rom.*, *Ven.* ‖ 10 tristis *ex* -es **ABV** mestus (*ex praeced.* maestus *?*) **M** ‖ 10—11 te tu patria (tu pat. te **H**) *codd.*, *unde* tu te patria *scr. Moser* tu patria *Gruter* (*ita iam* **L**) te tum patria **O** te tua patria *edd. ant.* de tua patria *Victorius* ‖ 12 proxume **A** ‖ 13 tradisse (*corr. in* tradidi- **F**) **BF** ‖ 18 marii *ex* -ri **BV** ‖ 20 incredibili *ex* -le **A** ‖ 24 dicemus (*ex* dici- **B**) **FMB** ‖ 25 plure (*corr. in* -ra) evenirent **B** plure (*corr. in* -ra) venirent **V** plura venirent **P**

onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. dicit enim: 'Cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat, illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis inmanitas, cum sit inmo- 5 derato obstupefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno inmoderateque iactari. itaque huic omnia visa obiciuntur a mente ac ratione vacua, ut aut cum matre corpus miscere videatur aut cum quovis alio vel homine vel deo, saepe belua, atque etiam trucidare aliquem et 10 inpie cruentari multaque facere inpure atque taetre cum 61 temeritate et inpudentia. at qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta saturataque bonarum cogitationum epulis, eaque parte animi, quae voluptate 15 alitur, nec inopia enecta nec satietate adfluenti (quorum utrumque praestringere aciem mentis solet, sive deest naturae quippiam sive abundat atque adfluit), illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta, tum eveniet, duabus animi temerariis 20 partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat et se vegetam ad somniandum acremque praebeat, tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.' haec verba ipsa Platonis expressi.

30 62 Epicurum igitur audiemus potius? namque Carneades 25 concertationis studio modo ait hoc, modo illud; at ille,

3—23 Plat. Rep. IX 571 c — 572 a

2 sequatur **P** || **4** sit] est *Rom.* || **5** sit[1] *supadd.* **A** || **5—6** atque agrestis — potu atque *add. in calce* **A** || **6** exstupefacta *corr. in* obst- **B** tumefacta **O** extumefacta *Christ, coll.* *πλησθέν apud Platonem* | potu *ex* puto **V** || **9** misceri **V** || **11** cruentare *ex* -ri **A** || **12** at quum *Rath coll.* quum dormientibus (*lin. 3*) *et Plat. verbis* *ὅταν . . . ὅταν* || **14** excitata *Lambinus, quod a Platone confirmatur* (*τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ*)*; sed cf. Div. II 129* || **16** inopi, a *supadd.* **B** | effluenti *Rom.* || **18** effluit *codd., corr. in* affluit *Orelli, ex codd.* **O** diffluit *Marsus* || **19—20** sedata atque restincta *supadd. m. alt.* **B** || **20** evenit *Rom.* | temerariis *eiec. Davies, Platonem secutus* || **25** igitur] esse (*exp.*) igitur **B** | audimus *corr. in* audie- **A** || **26** modo ait (aut **H**) hoc modo illud (*ex* -ut **B**) at ille *codd., quod recipiend. putamus, cum illud* at *discre-*

quod sentit: sentit autem nihil umquam elegans, nihil
decorum. hunc ergo antepones Platoni et Socrati? qui ut
rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos
philosophos vincerent. iubet igitur Plato sic ad somnum
5 proficisci corporibus adfectis, ut nihil sit, quod errorem
animis perturbationemque adferat. ex quo etiam Pytha-
goriis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod ha-
bet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis
quaerenti vera contrariam. cum ergo est somno sevocatus 63
10 animus a societate et a contagione corporis, tum meminit
praeteritorum, praesentia cernit, futura providet; iacet
enim corpus dormientis ut mortui, viget autem et vivit
animus. quod multo magis faciet post mortem, cum om-
nino corpore excesserit. itaque adpropinquante morte
15 multo est divinior. nam et id ipsum vident, qui sunt morbo
gravi et mortifero adfecti, instare mortem; itaque iis occur-
runt plerumque imagines mortuorum, tumque vel maxume
laudi student, eosque, qui secus quam decuit vixerunt,
peccatorum suorum tum maxume paenitet. divinare au- 64
20 tem morientes illo etiam exemplo confirmat Posidonius,
quod adfert, Rhodium quendam morientem sex aequales

4—9 Gell. IV 11, 3

pantiam inter Carneadem et Epicurum conspicuam reddat; sed interpungend. (;) *ante* at *et post* sentit (:), *praeeuntibus edd. ant.* (*praeter Rom.*), *quae tamen* quid sentit? *scr.* modo a. h. m. i. ait *Christ* modo h. m. i. ait *Madvig* modo h. m. illud: at *Pohlenz coll. Nat. deor. I 47* (*cf. etiam Lucull. 121*)

3 tamen *supscr.* tantum **M** || **4** vicerunt *p. corr.* **V** || **6** p(h)yt(h)agoricis *codd.*, *unde* -riis *scr. Baiter: de quo cf. Gell. IV 11, 11* (de Pythagoricis) *et IV 11, 13* (Pythagoricos), *qui, Cic. locum laudans,* Pythagoreis *scr.* (*ita mg. Lambini ed.* '*ex vet. cod.*'). Pythagoreus *absolute posit. invenitur in Cic. Div. I 102 et II 119; De orat. II 154; Fin. II 79; Nat. deor. I 10; Tusc. V 63* || **7** quod] quae res *Gellius* | habent, n *exp.* **B** || **8—9** tranquillitatem m. quaerentibus constat esse contrariam (*om.* vera) *Gellius, quae ita corr. Gronov:* magnam tranquillitatem m. quaerentibus contrariam. *quare aut Gellius Cic. textu iam corrupto usus est, aut ipse contaminavit et textum suo arbitrio restit., memoria fisus* || **9** quaerentis *Lambinus, ita iam codd.* **O** *apud Davisium* || **11** praevidet **V** || **15** quam ante *post* est *add.* **H** | et *del. Orelli* | id *om.* **H** || **16** his **HM** is **ABP** || **18** studens *corr. in* -ent **A** || **21** quo **HP**

nominasse et dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus esset. sed tribus modis censet deorum adpulsu homines somniare, uno, quod provideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur, altero, quod plenus aer sit inmortalium 5 animorum, in quibus tamquam insignitae notae veritatis appareant, tertio, quod ipsi di cum dormientibus conloquantur. idque, ut modo dixi, facilius evenit adpropin-
65 quante morte, ut animi futura augurentur. ex quo et illud est Callani, de quo ante dixi, et Homerici Hectoris, qui 10 moriens propinquam Achilli mortem denuntiat.

31 Neque enim illud verbum temere consuetudo adprobavisset, si ea res nulla esset omnino:

praésagibat ánimus frustra me íre, cum exirém domo.

sagire enim sentire acute est; ex quo sagae anus, quia 15 multa scire volunt, et sagaces dicti canes. is igitur qui ante sagit quam oblata res est, dicitur praesagire, id est futura ante sentire.

66 Inest igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus. ea si exarsit acrius, furor appel- 20 latur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur.

H. Séd quid oculis rábere visa est dérepente ardéntibus?

16 Fest. 426, 5; Paul. Fest. 250, 9; 303, 2; 427, 1 et 3; Non. 22, 34

2 *post* deinde *supadd.* qui **V** deinde *om. edd. ant.; sed cf. Cic. Leg. III 43* | deinceps *om.* **M**, *exp.* **F** ‖ **3** adpulsu *ex* -so **A** | previdеat **L** ‖ **5** alterum *corr. in* -ro **P** ‖ **8** ut] non (*exp.*, *supscr.* ut) **A** | erit (*del.*) *supscr.* evenit **L** eveniet **B F** ‖ **10** quia, a *exp.* **B** ‖ **13** nulla *ex* -lo **B** ‖ **14** *Plaut. Aul. 178* | praesagitabat, ta *exp.* **B**: *sic edend. cens. Gronov 'ex cod. Voss.'* | mi animus *Plautus* | quom exibam *Plautus* | *cf. Zillinger p. 73 sqq.* ‖ **15** sagenus *corr. in* sage anus **A** sageanus *corr. in* sagae anus **V** ‖ **18** ante *om.* **H** ‖ **19** praesagatio (presatio **H**) *codd.; cf. Div. I 123* ‖ **20** inclusa *ex* -ausa **V** | divinitus *ex* -nus **A** | ea *supadd. m. alt.* **B** ‖ **23** – p. 41, **9** *Enn. Scaen. 54—62. hi vv. ex 'Alexandro' deducti Hecubam (vv. 1—2) et Cassandram (rell. vv.) colloquentes inducunt; sed Hecubae verba pro aversiloquio sumenda* ‖ **23** rabere *Muretus 'ex cod. ant.' (Var. lect. IX 19); recte, si cf. Div. I 85* (Cassandra furens . . . Priamus

úbi paulo ante sápiens illa vírginali' modéstia?
C. Máter, optumátum multo múlier melior múlierum,
míssa sum supérstitiosis háriolatiónibus;
námque Apollo fátis fandis démentem invitám ciet.
5 vírgines vereór aequalis, pátris mei meum factúm pudet,
óptumi virí; mea mater, túi me miseret, méi piget.
óptumam progéniem Priamo péperisti extra me; hóc dolet.
mén obesse, illós prodesse, me óbstare, illos óbsequi?

4 Aesch. Agam. 1081 et 1087; Eurip. Troad. 451; Sen. Agam. 737 sqq. ‖ 5 Cic. Orat. 155

sapiens) rapere *codd., serv. Vahlen, coll. inc. incertor. fab. 29 R.*[3] (oculis postremum lumen radiatum cape). *de* rabere *et* rapere *eorumque incerta lectione cf. Goold p. 109; Skutsch p. 133 sq.* | visa es *Lambinus*

1 ubi paulo ante sapiens illa et *Lambinus, praeeunte Aurato, qui* sagiens et *propos.* (*de anapaesto inciso in v. initio cf. Acc. Brut. 2* minus mirandum = *Div. I 45, Enn. Scaen. 58* neque me = *Div. I 66, ex codd. lect., et Scaen. 131, 172, 225, 272, 310*) ubi illa paulo ante sapiens *codd.* aut ubi illa paulo ante sapiens *Lachmann ad Lucr. I 186; prob. Vahlen, coll. Enn. Scaen. 74* ubi illa tua paulo ante sapiens *Reiz Aurati coniect. recepta, inter* paulo *et* ante *hiatum esse put. Pease, Zillingerum* (*p. 110, adnot. 1*) *sequens.* illa ubi (*vel potius* ubi ⟨est⟩) paulo ante sapiens *coni. audemus, illius* ubi *secunda syllaba producta* (*cf. Enn. Sat. 66, Naev. Bell. Poen. 3, Plaut. Pseud. 490, ita* ibi *in Enn. Ann. 256, Plaut. Pseud. 425, Curc. 340*). *de hoc v. cf. Leo p. 290, adnot. 1; Vahlen*[3] *p. 604 sq.* (*etiam Enn. Scaen. 309*)*; Ax p. 25; Snell p. 25 sqq.; Skutsch p. 133 sq.* (*qui* ubi illa paulo ante ⟨apta⟩ sap. virgini mod. *coni.*) | virginale *corr. in* -li **B** virginali' *Auratus* virginal' *Lambinus* virg'nali *per syncopen Davies* virginis *Turnebus* ‖ 2 optuma tum **AVMP** optima mulier (*om.* multo) **H** optuma quam *Asc. 1521* optumarum *Dobree* (*Advers. II 374*), *Porson* optuma tu tum *Davies* optuma tu *Vahlen*[3] *p. 606* | mulierum *supadd. m. alt.* **V** | *de hoc v. cf. Grilli p. 161 sqq.* ‖ 4 namque *Ribbeck* neque me *codd., quod tuet. Vahlen,* neque *cum* invitam *coniuncto* namque me *Hottinger* meque *Grotius* nempe me *Philippson; cf. Timpanaro, St. It. Filol. Cl. 1946, p. 58 sq.* | in vitam *Rom.* | ciet, *ante* c *eras. una litt.* **A** sciet **BF** | *hunc v. ita restit. Marsus:* Neque me Ap. fat. fand. dem. ciet, *inde* Invitam virg. ‖ 5 vero, o *ex* e *corr. p. ras., fort. ex* vereor **B** vereor *Mähly* vero *codd.* | mecum meum f. dispudet *Marsus* ‖ 7 optumum *corr. in* -am **B** | peperisti *Marsus* (*etiam cod. Eliens. teste Davisio*) re(p)peristi *codd.* ‖ 9 men, n *eras.* **BL** me **HFMP** Me heu *Gulielmius ex S. Victoris cod.* (meu) Med *Tur-*

o poema tenerum et moratum atque molle! sed hoc mi-
67 nus ad rem; illud, quod volumus, expressum est, ut vati-
cinari furor vera soleat.

> Ádest, adest fax óbvoluta sánguine atque incéndio.
> múltos annos látuit; cives, férte opem et restínguite. 5

deus inclusus corpore humano iam, non Cassandra lo-
quitur.

> Iámque mari magnó classis cita
> téxitur; exitium éxamen rapit;
> ádveniet, fera vélivolantibus 10
> návibus complebít manus litora.

32 68 Tragoedias loqui videor et fabulas. at ex te ipso non
commenticiam rem, sed factam eiusdem generis audivi:
C. Coponium ad te venisse Dyrrachium, cum praetorio
imperio classi Rhodiae praeesset, cum primo hominem 15

4 Varr. Sexag. (apud Non. 112, 21 et 328, 27) || 8 Enn. Ann. 445; Lucr. II 1; Cic. Div. II 12; Att. VIII 11, 3 || 9 Cic. Orat. 155

nebus Meme *Gruter* | illos[1]] illo **A** | alios ... alios *Marsus* | *vv. 59—62 (linn. 5—9) ita divid. Rom. et Marsus:* virgines vero — mei*;* meum — viri*;* mea — piget*;* optumam — peperisti (repperisti *Rom.*)*;* extra — men (me *Marsus*) obesse*;* illos — obsequi
4—5 *Enn. Scaen. 63 sq.* || 4 adest *duab. brevib. constat* (*ita corripitur* est *in Enn. Scaen. 244 = Div. II 30*) || 5 referte **AVHP** | restinguit **AP** | *hunc v. in duos vv.* (multos — latuit*;* cives referte — restinguite) *divid. Crat., hunc v. autem et praeced. ita digerit Rom.:* adest — sanguine*;* atque — latuit*;* cives referte — restinguite || 8—11 *Enn. Scaen. 65—68; cf. Verdière p. 163* || 8 clausis *corr. in* class- **V** | *vv. ita dividunt. in* **P***:* iamque — texitur*;* exitium — rapit*;* adveniet — litora*; ita contra in Rom.* (iamque — texitur*;* exitium — rapit*;* advenit et — complevit m. litora), *in Marso* (iamque — texitur*;* exitium — advenit*;* et fera — littora), *in Asc. 1521* (iamque — texitur*;* exitium ex. rap. advenit et — complevit m. littora) || 10 advenit (*corr. in* -iet, *ut videtur*) et fera **V** advenit ecfera *Wakefield* || 11 complebit **P** complevit *cett. codd.; de futuris cf. Enn. Scaen. 71* (adveniet) *et 76* (superabit *ex Vossii correct.*, -vit *codd.*) || 14 Dyrrachium *Marsus in comm.* (de Dyrr- *in textu*) dyr(r)achio (deyr- **P**) *codd.* || 15 cum primo *codd., hapax* eum primo *Rom.* cum primis *Lambinus* cumprime *Davies coll. Gell. XVII 2, 14*

prudentem atque doctum, eumque dixisse remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum madefactum iri minus XXX diebus Graeciam sanguine, rapinas Dyrrachi et conscensionem in naves cum fuga fugientibusque
5 miserabilem respectum incendiorum fore, sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari; tum neque te ipsum non esse commotum Marcumque Varronem et M. Catonem, qui tum ibi erant, doctos homines, vehementer esse perterritos; paucis sane post diebus ex
10 Pharsalia fuga venisse Labienum; qui cum interitum exercitus nuntiavisset, reliqua vaticinationis brevi esse confecta. nam et ex horreis direptum effusumque frumentum 69 vias omnis angiportusque constraverat, et naves subito perterriti metu conscendistis et noctu ad oppidum re-
15 spicientes flagrantis onerarias, quas incenderant milites, quia sequi noluerant, videbatis; postremo a Rhodia classe deserti verum vatem fuisse sensistis.

Exposui quam brevissime potui somnii et furoris ora- 70 cla, quae carere arte dixeram. quorum amborum generum
20 una ratio est, qua Cratippus noster uti solet, animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos (ex quo intellegitur esse extra divinum animum, humanus unde ducatur), humani autem animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae adpetitum habeat, non
25 esse ab actione corporis seiugatam; quae autem pars animi rationis atque intellegentiae sit particeps, eam tum maxume vigere, cum plurimum absit a corpore. itaque ex- 71 positis exemplis verarum vaticinationum et somniorum

13 Non. 190, 10

3 sanguine (*ex* -nem, m *exp.* **F**) **M F** sanguinem *cett. codd.* | dyrrachii **B V** || **4** navis **B F** || **10** pharsilia *corr. in* -salia, *ut videtur,* **V** parsalia **B**, *unde* pars alia **F** pharsalica *edd. ant.* || **11** vaticinationibus **V** || **12** et (*exp.*) effus. **B** || **13** angiporta *Nonius* | *post* subito *scr.* eam partemque sensum (*ex Div. I 70*), *inde del.* **B** || **18** somni **B** || **20** animas (*corr. in* -os **F**) **B F** || **21** et extrins. **BM** || **23** dicatur (*corr. in* du- **L**) **M L** || **25—26** animi eam partem quae rationis **A** animi eam partem quae sensum (sensus **H**, *corr. in* -uum **V**) **P H V**, *utrumque corruptum interpolatumque ex* animi eam partem quae sensum *linn. 23/24* || **26** tum *om.* **V**

Cratippus solet rationem concludere hoc modo: 'Si sine oculis non potest exstare officium et munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere, qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet sensum oculorum vera cernentium. item igitur, si sine 5 divinatione non potest officium et munus divinationis exstare, potest autem quis, cum divinationem habeat, errare aliquando nec vera cernere, satis est ad confirmandam divinationem semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuito cecidisse videatur. sunt autem eius generis 10 innumerabilia; esse igitur divinationem confitendum est.'

33 72 Quae vero aut coniectura explicantur aut eventis animadversa ac notata sunt, ea genera divinandi, ut supra dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur; in quo haruspices, augures coniectoresque numerantur. haec in- 15 probantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. quorum alia sunt posita in monumentis et disciplina, quod Etruscorum declarant et haruspicini et fulgurales et rituales libri, vestri etiam augurales, alia autem subito ex tempore coniectura explicantur, ut apud Homerum Calchas, 20 qui ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est, et ut in Sullae scriptum historia videmus, quod te inspectante factum est, ut, cum ille in agro Nolano immolaret ante praetorium, ab infima ara subito anguis emergeret, cum quidem C. Postumius haruspex oraret illum, 25 ut in expeditionem exercitum educeret; id cum Sulla

1 sqq. Cic. Div. II 107 || **16** Stoic. Vet. Frag. II 1207 || **20–21** Hom. Il. II 299 sqq.; Cic. Div. II 63 sq.; Ovid. Met. XII 11 sqq. || **22** sqq. Plut. Sull. 9; Val. Max. I 6, 4; Aug. Civ. Dei II 24 (ex Livio deduct.)

1 si *om.* **AVHP** || **3** possint **H** || **6** potest et officium *codd.; sed cf. Div. II 107* || **7** cum quis *Div. II 107* || **10** nihil ut *Div. II 107* | fortuitu **HM** || **12** explicant *mg.* -ntur **H** | ventis (*corr. in* eve- **AVF**) **BHAVF** || **14** ducuntur **H** | in quibus *Davies* || **17** et (*del.* **V**) etruscorum (-scicorum **B**) **HMPVB** || **18** rituales, *sed* les *supadd.* **B** trituales (*pr.* t *exp.* **V**) **AV** arituales (*vel* trituales ?) **H** tonitruales **O**, *quod def. Bergk*[4] *p. 653 in adnot. et Fries*[2] *p. 31 sq.; sed cf. Fest. 358, 21* || **19** subita *Hottinger* || **22** Sullae] Sisennae *Marsus* || **25** quidam *Rom.* | G. *codd., corr. edd. ant.* || **26** scylla (c *exp.* **F**) **BF**

fecisset, tum ante oppidum Nolam florentissuma Samnitium castra cepit. facta coniectura etiam in Dionysio est, 73
paulo ante quam regnare coepit; qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum ipse demisisset in flumen, sub-
5 mersus equus voraginibus non exstitit; quem cum maxima contentione non potuisset extrahere, discessit, ut ait Philistus, aegre ferens. cum autem aliquantum progressus esset, subito exaudivit hinnitum respexitque et equum alacrem laetus adspexit, cuius in iuba examen
10 apium consederat. quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare coeperit.

34 74 Quid? Lacedaemoniis paulo ante Leuctricam calamitatem quae significatio facta est, cum in Herculis fano arma sonuerunt Herculisque simulacrum multo sudore
15 manavit! at eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt, armaque, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. cumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo
20 loco sic adsidue canere coepisse, ut nihil intermitterent; tum augures dixisse Boeotios Thebanorum esse victoriam, propterea quod avis illa victa silere soleret, canere, si vicisset. eademque tempestate multis signis Lacedaemo- 75
niis Leuctricae pugnae calamitas denuntiabatur. namque
25 et in Lysandri, qui Lacedaemoniorum clarissimus fuerat, statua, quae Delphis stabat, in capite corona subito ex-

3–11 Cic. Div. II 67; Plin. Nat. hist. VIII 158; Ael. Var. hist. XII 46 || **15**–p. 46, **15** Xenoph. Hell. VI 4, 7; Diod. XV 53, 4; Cic. Div. II 67–69; Plin. Nat. hist. X 47 et 49; Plut. Pyth. Orac. 8

1 fortissima *Val. Maximus* (*sed corruptum videtur*); *ita Hottinger* || **2** in *om.* **FM** || **4** dimisisset *codd., corr. Asc. 1521; cf. Liv. XXIII 47, 5* | subversus *corr. in* subme- **B** || **5** exstitit *suspectum habuit Gruter* || **9** tube *exp., supscr.* iuba *m. alt.* **A** iube *exp., supscr. et mg.* iuba *m. alt.* **V** || **15** ac *Camerarius* || **16** arculis (*corr. in* her- **F**) **B F** || **18** Lebadiam *mg. Crat.* Lebadeam *Marsus* thebaidam *codd.: idem error in Div. II 56* || **21** Boeotios *Ald.; cf. Plin. Nat. hist. X 49* boetios **H** boetio *cett. codd.; sed* boeotios *trad. codd. in Div. II 56* || **25–26** et Lysandri (*ita Ven.*) ... statuae (*ita mg. ed. Victorii atram. scr.*) *Lambinus; cf. Norden p. 549* || **26** statua *ex* -tue **B**

stitit ex asperis herbis et agrestibus, stellaeque aureae,
quae Delphis erant a Lacedaemoniis positae post navalem
illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt,
qua in pugna quia Castor et Pollux cum Lacedaemonio-
rum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, 5
stellae aureae, quas dixi, Delphis positae, paulo ante
76 Leuctricam pugnam deciderunt neque repertae sunt. ma-
ximum vero illud portentum isdem Spartiatis fuit, quod,
cum oraclum ab Iove Dodonaeo petivissent de victoria
sciscitantes legatique ⟨vas⟩ illud, in quo inerant sortes, 10
collocavissent, simia, quam rex Molossorum in deliciis
habebat, et sortes ipsas et cetera, quae erant ad sortem
parata, disturbavit et aliud alio dissupavit. tum ea, quae
praeposita erat oraclo, sacerdos dixisse dicitur de salute
Lacedaemoniis esse, non de victoria cogitandum. 15

35
77 Quid? bello Punico secundo nonne C. Flaminius consul
iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade
rei publicae? qui exercitu lustrato cum Arretium versus
castra movisset et contra Hannibalem legiones duceret,
et ipse et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa 20
repente concidit nec eam rem habuit religioni obiecto
signo, ut peritis videbatur, ne committeret proelium. idem
cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii commit-
tendi differebat. tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne
postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. 25
cum ille quiescendum respondisset, Flaminius: 'Praeclara
vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, satu-

16–22 Liv. XXII 3, 11; Val. Max. I 6, 6

4 qua in pugna *om.* **H** | quia *ex* qua **V** ‖ **5** dicebatur *corr. in* -bantur **M** | insignia *ex* -gna **B** ‖ **9** petivisset **H** ‖ **10** vas *post* legatique *add. Ernesti* | sitellam in qua *Orelli* quasillum *Thoresen* catillum *in comm. Pease. cf. Div. II 69, ubi* urnam evertisse *scr.; itaque verbum, quod* urnae *par sit, desideratur, dummodo ne* urna *ipsum redintegrandum sit, eo magis quod Cicero in commemorandis prodigiis facta iisdem fere verbis reddere solet (cf. Div. I 75 cum II 68; I 78 cum II 66)* ‖ **13** dissipavit (*corr. in* dissu- **V**) **HMV** ‖ **16** G. *codd., corr. edd. ant.* ‖ **25** censeret *ex* -ent **F** censerent (censeret — quiescendum *om.* **H**) *cett. codd.* ‖ **26** respondisset *ex* -ent **A** ‖ **27** potuit **H**

ris nihil geretur!' itaque signa convelli et se sequi iussit. quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset movere loco nec quicquam proficeretur, plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit. itaque
5 tribus iis horis concisus exercitus atque ipse interfectus est. magnum illud etiam, quod addidit Coelius, eo tempore 78 ipso, cum hoc calamitosum proelium fieret, tantos terrae motus in Liguribus, Gallia compluribusque insulis totaque in Italia factos esse, ut multa oppida conruerint, multis lo-
10 cis labes factae sint terraeque desiderint fluminaque in contrarias partes fluxerint atque in amnes mare influxerit.

Fiunt certae divinationum coniecturae a peritis. Mi- 36 dae illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. divitissumum fore praedictum
15 est; quod evenit. at Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore. ita futura eloquentia provisa in infante est. quid? amores ac deliciae tuae, Ros- 79 cius, num aut ipse aut pro eo Lanuvium totum mentieba-
20 tur? qui cum esset in cunabulis educareturque in Solonio, qui est campus agri Lanuvini, noctu lumine apposito

2–5 Liv. XXII 3, 12; Serv. ad Verg. Aen. XI 19 ‖ **7** Liv. XXII 5, 8; Sil. Ital. V 70sqq.; 610sqq.; Plin. Nat. hist. II 200; Plut. Fab. 3; Flor. I 22, 14 ‖ **12**sqq. Val. Max. I 6, ext. 2; Ael. Var. hist. XII 45 ‖ **15**sqq. Val. Max. I 6, ext. 3; Plin. Nat. hist. XI 55; Olympiod. Vit. Plat. p. 382sq. W.; Ael. Var. hist. X 21; XII 45 ‖ **20** Cic. Div. II 66; Liv. VIII 12, 2; Fest. 296, 16; Plut. Mar. 35

1 gereretur *corr. in* geret- **M** ‖ **3** proficeret *Marsus* (*in comm.* proficeretur) ‖ **4** re, *una litt. post* e *eras.* **B** | rem nuntiatam *Davies* ‖ **5** is *ex* his **F** his (*om.* **H O**) *cett. codd.*, *quod tuetur Ax coll. Caes. Bell. Gall. III 17, 3* ‖ **7** proelium *om.* **AVHP**, *unde verba* cum hoc — fieret *interpolata habuit Gruter* ‖ **10** laves (a *fere evan.*, *sed non eras. in* **A**; *itaque in* lues *scriba non corr. videtur*) **AB** | desederint *codd. praeter* **A** ‖ **11** in amnes] amnes **O** innes (*corr. in* ann- **A**, *in* amn- **V**) **PAV** | atque — influxerit *om.* **H** ‖ **12** certe *Christ ex pler. codd.* ‖ **13** Phrygio *Marsus* ‖ **14** ditissumum **M** divinitissumum (in *exp.* **F**; *corr. in* divitiis summum **A**) **BPFA** divitis (*inde ras. duar. litt.*) sumum **V** divitissimum **H** ‖ **18** praevisa *Crat.* ‖ **19** lanuium **B** lanuinum **V** ‖ **20** selonio *codd.*; *sed cf. Div. II 66* ‖ **21** qui est — Lanuvini *glossam habuit Frenzel* (*apud Moserum*) | lanuini **BVFMP**

experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. quo aspectu exterrita clamorem sustulit. pater autem Rosci ad haruspices rettulit, qui responderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. atque hanc speciem Pasiteles caelavit argento 5 et noster expressit Archias versibus. quid igitur expectamus? an dum in foro nobiscum di inmortales, dum in viis versentur, dum domi? qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longe lateque diffundunt, quam tum terrae cavernis includunt, tum hominum naturis 10 implicant. nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat, naturae Sibyllam. quid enim? non videmus, quam sint varia terrarum genera? ex quibus et mortifera quaedam pars est, ut et Ampsancti in Hirpinis et in Asia Plutonia, quae vidimus, et sunt partes agrorum aliae pestilentes, 15 aliae salubres, aliae, quae acuta ingenia gignant, aliae, quae retusa: quae omnia fiunt et ex caeli varietate et ex disparili adspiratione terrarum.

80 Fit etiam saepe specie quadam, saepe vocum gravitate et cantibus, ut pellantur animi vehementius, saepe etiam 20 cura et timore, qualis est illa

flexánima tamquam lýmphata aut Bacchí sacris
commóta, in tumulis Teúcrum commemoráns suum.

22—23 Varr. L. L. VII 87; Catull. 64, 330; Cic. De orat. II 187; Quintil. Inst. orat. I 12, 18; Non. 113, 26 (= Pacuv. Herm. 177)

5 Pasiteles *Winckelmann* (*Gesch. d. Kunst, p. 343 sq.*) *coll. Plin. Nat. hist. XXXIII 156 et XXXVI 39 sq.* praxit(h)eles **A B F M P** praxitales **H** praxitelis **V** ‖ **8—9** si se nobis ... vim tamen *Davies* ‖ **10** terrae] in terrae **A** | cavernae *corr. in* -is **H** ‖ **11** phytiam (phypt- **P**) **A M P** phitiam **V H** ‖ **14** et am· p· sancti **A** etam (*corr. in* etiam) sancti (*praemis. sup.* ·p·) **B** etiam ·p· sancti **F M** ‖ **15** vidimus *Marsus* videmus *codd.* ‖ **16** gignant *ex* -ent **B** ‖ **17** retunsa **V** ‖ **18** dispari *Klotz* ‖ **19** species (*corr. in* -cie **M**) **V H M** | speciae (a *exp.*) quedam (*vel* quo-, *non* quadam) **B** | vocum] quadam vocum *Marsus* ‖ **22—23** *Pacuv. 422 sq.* (*Teucro tribuendos put. Ribbeck, Gesch. d. röm. Dicht. I, p. 169*) ‖ **22** flexanima *Varro* (*ex Ant. August. recens. 1554:* flex animat aquam *codd.*), *ita Marsus et Crat.* (*cuius in mg.* flexa anima *scr.*) flexa anima *codd.* | aùt *Auratus* ut *codd.* | bacchi *Palat. alt. teste Grutero; ita iam* **B**, *sed* i *in ras. scr.* (*ex* -chis*?, ut leg. Deiter*[1]), *inde in* -cha *corr.* ba(c)cha *cett. codd.* ‖ **23** commotis stimulis *Bergk*[1]

Atque etiam illa concitatio declarat vim in animis esse **37**
divinam. negat enim sine furore Democritus quemquam
poetam magnum esse posse, quod idem dicit Plato. quem,
si placet, appellet furorem, dum modo is furor ita laude-
5 tur, ut in Phaedro Platonis laudatus est. quid? vestra
oratio in causis, quid? ipsa actio potest esse vehemens et
gravis et copiosa, nisi est animus ipse commotior? equi-
dem etiam in te saepe vidi et, ut ad leviora veniamus, in
Aesopo, familiari tuo, tantum ardorem vultuum atque
10 motuum, ut eum vis quaedam abstraxisse a sensu mentis
videretur.

Obiciuntur etiam saepe formae, quae reapse nullae 81
sunt, speciem autem offerunt; quod contigisse Brenno
dicitur eiusque Gallicis copiis, cum fano Apollinis Delphici
15 nefarium bellum intulisset. tum enim ferunt ex oraclo
ecfatam esse Pythiam:

Ego próvidebo rem ístam et albae vírgines.

ex quo factum, ut viderentur virgines ferre arma contra
et nive Gallorum obrueretur exercitus.

2 Diels, Vorsokrat. 68 (55) B 17; Cic. De orat. II 194 ‖ **3** Plat. Ion 533e—534a; Apol. 22b—c; Phaedr. 245a; Leg. 682a; 719c; Men. 99c—d ‖ **5** Plat. Phaedr. 244a ‖ **8—9** Charis. Ars gramm. I 17, p. 165, 32 ‖ **17** Paroemiogr. Gr. I 403; Iustin. XXIV 8, 5; Diod. XXII 9, 5; Ael. Arist. Orat. 4; Schol. ad Aristoph. Nub. 144; Tzetz. Chil. XI 394; Suda s. v. *ἐμοὶ μελήσει*

1 declaratum *corr. in* -at vim **V** ‖ **3** esse *supadd.* posse **A** | quam **V** ‖ **8** etiam *om.* **H** ‖ **10** ut] et (*supscr.* ut **F**) **B F** | eum vis quaedam abstraxisse (obstr- **V** abtr- **M**) a sensu mentis *codd., ita scribend. putamus, cum verba* a sensu mentis *explicent illa* furor (*lin. 4*) *et* animus ipse commotior (*lin. 7*), *atque repugnent cum illis* a corporis sensibus (*Div. I 129*) tum vis quaed. abstr. a sensu mentes *Davies* eum vis quaed. abstr. a statu mentis *Moser* eum mentis vis quaed. abstr. a sensu *Postgate p. 410* eum vis quaed. mentis abstr. a sensu *Pease*[3] *p. 210 sq.* ‖ **12** re (res **V**) abse (*vel* ab se) *codd., corr. Asc. 1521* ‖ **14** copiis] opibus **H** | delficis **V** ‖ **16** ecfatam *corr. in* hec fatam *m. alt.* **A** haec fatam (*ex* fact- **M**) **BVFM** ‖ **17** virginis **AP** ‖ **18** ut (*supadd.* **B**) et **APB** | ferre *ex* fere **B** ‖ **19** obruetur **H**

38 Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens atque divinum. ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit nec phreneticis; animi enim integri, non vitiosi est corporis divinatio. 5
82 quam quidem esse re vera hac Stoicorum ratione concluditur: 'Si sunt di, neque ante declarant hominibus, quae futura sint, aut non diligunt homines, aut, quid eventurum sit, ignorant, aut existumant nihil interesse hominum scire, quid sit futurum, aut non censent esse suae 10 maiestatis praesignificare hominibus, quae sunt futura, aut ea ne ipsi quidem di significare possunt. at neque non diligunt nos (sunt enim benefici generique hominum amici) neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt; neque nostra nihil interest scire ea, quae 15 eventura sint (erimus enim cautiores, si sciemus), neque hoc alienum ducunt maiestate sua (nihil est enim beneficentia praestantius) neque non possunt futura
83 praenoscere. non igitur sunt di nec significant futura. sunt autem di; significant ergo. et non, si significant, 20 nullas vias dant nobis ad significationis scientiam (frustra enim significarent); nec, si dant vias, non est divinatio: est igitur divinatio.'

39
84 Hac ratione et Chrysippus et Diogenes et Antipater utitur. quid est igitur, cur dubitandum sit, quin sint ea, 25

1 Arist. Probl. 954a 34sqq.; 957a 32sqq.; Eth. Eud. VII 14, p. 1248a 39sq.; Div. per somn. 2, p. 463b 15sqq. || 7 Stoic. Vet. Frag. II 1192; Cic. Div. II 101—102 et 104—106 || 24 Stoic. Vet. Frag. III Diog. 37; Ant. 40

1 furerent *ex* fue- **B** || 3 aut (*corr. in* haud **B**, *in* haut **V**) **BV** haut **HMP** || 4 nec[1] *ex* ec **B** ne **FMP** | hoc tribuendum *edd. ant.* trib. hoc *codd.* | nec (c *eras.*, *supscr.* et) **B** et **M** || 5 *ante* corporis *add.* animi, *inde del.* **B** || 6 ac *corr. in* hac **V** || 8 sunt *corr. in* sint **B** sunt **V** || 9—10 hominem *corr. in* -num **B** || 10 quod **AB**, *sed cf. Div. II 101* || 11 sint **H** || 14 amici *om.* **A** || 15 sint **AM** || 16 ventura sint **H**, *sed cf. Div. II 102* (futura sint **BVFP**) eventura sunt *Ven.* || 17 neque] neque enim (*del.* **B**) **HB** || 18 praestanteis *corr. in* -tiis **A** || 19 significant nobis *codd. in Div. II 102* || 20 non si *Asc. 1521* si non *codd.* || 21 significationum *codd. in Div. II 102* || 22 vias non non est **BV** nec non si d. vias non est **FM** || 25 cur *supadd. m. alt.* **B** | ea *supadd.* **A**

quae disputavi, verissima, si ratio mecum facit, si eventa, si populi, si nationes, si Graeci, si barbari, si maiores etiam nostri, si denique hoc semper ita putatum est, si summi philosophi, si poetae, si sapientissimi viri, qui res publi-
5 cas constituerunt, qui urbes condiderunt? an, dum bestiae loquantur, exspectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus? nec vero quicquam aliud adfer- 85 tur, cur ea, quae dico, divinandi genera nulla sint, nisi quod difficile dictu videtur, quae cuiusque divinationis
10 ratio, quae causa sit. quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem? quid augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? quid astrologus, cur stella Iovis aut Veneris coniuncta cum luna ad ortus puerorum salutaris
15 sit, Saturni Martisve contraria? cur autem deus dormientes nos moneat, vigilantes neglegat? quid deinde causae est, cur Cassandra furens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat? cur fiat quidque, 86 quaeris. recte omnino; sed non nunc id agitur; fiat necne
20 fiat, id quaeritur. ut, si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se adliciat et trahat, rationem, cur id fiat, adferre nequeam, fieri omnino neges. quod idem facis in divinatione, quam et cernimus ipsi et audimus et legimus et a patribus accepimus. neque ante philosophiam pate-
25 factam, quae nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit, et, posteaquam philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit, in quo modo esset auctoritas. dixi de Pythagora, de Democrito, de Socrate, excepi de 87

12–13 Prob. ad Verg. Buc. 9, 13

1 facit si (*supadd. m. alt.*) eventa (*ex* -tura) **B** || **3** ita *supadd. m. alt.* **H** | si den. hoc s. ita put. est *post* condiderunt *colloc. Hottinger* || **4** viri *om.* **H** || **11** perimat *Gulielmius* || **12** quid (*del.*) cur **B** quorum *Probus, miro errore ex* quor || **13** facit augurium *Probus* || **14** adoratus *corr. in* ad ortus **V** || **16** moneat *ex* move- **B** || **16.17** causae est **M** causa est **F** causae sit *cett. codd., def. Plasberg, cum etiam illa* cur deus . . . moneat . . . neglegat *unde pendeant non habeant* || **17** furens (*add. mg.* **A**) *om.* **H A** || **21** alliceat *ex* adli- **V** adliceat **H** alliciat *ex* atli- **B** | et attrahat *exc. Pithoeana* (*cf. Cic. Lael. 50*), *sed clausula aspera videtur* | orationem *corr. in* at rationem **V** || **27** philosophos *corr. in* -us **B**

antiquis praeter Xenophanem neminem, adiunxi veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos; unus dissentit Epicurus. quid vero hoc turpius, quam quod idem nullam censet gratuitam esse virtutem?

40 Quis est autem, quem non moveat clarissumis monu- 5 mentis testata consignataque antiquitas? Calchantem augurem scribit Homerus longe optumum, eumque ducem classium fuisse ad Ilium, auspiciorum, credo, scien-
88 tia, non locorum. Amphilochus et Mopsus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures, iique urbis in ora marituma 10 Ciliciae Graecas condiderunt; atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennium est,

quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias,

sed clari et praestantes viri, qui avibus et signis admoniti 15 futura dicebant; quorum de altero etiam apud inferos Homerus ait 'solum sapere, ceteros umbrarum vagari modo'; Amphiaraum autem sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur, atque ut ab eius solo, in quo est huma-
89 tus, oracla peterentur. quid? Asiae rex Priamus nonne et 20 Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat,

6 Gell. XV 13,7; Prisc. G. L. K. II 381 sq. || **7** Hom. Il. I 68 sqq. || **17** Hom. Od. X 494 sq.; Plat. Men. 100a || **18** Val. Max. VIII 15 **ext. 3**

1 xenofontem **M** xenofonem (*ex* -fanem **B**; *corr. in* -tem **F**) **B F** || **3** turpius quod *Lambinus* turpius? quid quod *Rath; sed de duplici comparativo cf. Cic. De orat. I 169, II 38 et 302; Nat. deor. I 38; Fin. I 19. de his locis disput. Jeep p. 616; Kühner-Stegmann, Ausführl. Gramm.*[2] *II, p. 469* || **5** clarissumus *corr. in* -is **V** || **6** testata *ex* testa **B** *de verbo* testor *pro passiva significatione adsumpto cf. Cic. Att. I 16, 2; Mur. 9, 20* || **7** eundemque *Hottinger* || **8** classicim (*ita* **P**) *corr. in* -cum **V**, *sed mg.* classicis *scr.* | ad Ilium *Gulielmius* (*cf. Hom. Il. I 71* Ἴλιον εἴσω) ad (*corr. in* at) illum **B** at illum *cett. codd.* | scientiam *corr. in* -tia **B** || **10** idem *codd.* | auguresque *corr. in* -res hiique *m. alt.* **A** | ique *mg.* hique **V** | urbes (e *ex* i, *ut videtur*, **A**) **B H F M A** || **14** *Enn. Scaen. 394* || **17** homerus *ex* -os **A** || **19** solio *Polster* ab solo *Moser* | in quo est humatus *del. Hottinger; sed cf. Val. Max. VIII 15, ext. 3* || **20** paterentur *corr. in* pe- **B** praestarentur *exc. Pithoeana*

alterum auguriis, alteram mentis incitatione et permotione divina? quo in genere Marcios quosdam fratres, nobili loco natos, apud maiores nostros fuisse scriptum videmus. quid? Polyidum Corinthium nonne Homerus et 5 aliis multa et filio ad Troiam proficiscenti mortem praedixisse commemorat? omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant; ut enim sapere sic divinare regale ducebant: [ut] testis est nostra civitas, in qua et reges augures et postea privati eodem sacerdotio 10 praediti rem publicam religionum auctoritate rexerunt.

41 90 Eaque divinationum ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta est, siquidem et in Gallia Druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Haeduum, hospitem tuum laudatoremque, cognovi, qui et naturae rationem, quam *φυσιο-* 15 *λογίαν* Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim coniectura, quae essent futura, dicebat, et in Persis augurantur et divinant magi, qui congregantur in fano commentandi causa atque inter se conloquendi, quod etiam idem vos quondam facere Nonis 20 solebatis; nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non 91 ante magorum disciplinam scientiamque perceperit. licet autem videre et genera quaedam et nationes huic scientiae deditas. Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina; itemque Elis in Peloponneso 25 familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram

4 Hom. Il. XIII 663 ‖ **25** Philostr. Vit. Apoll. 5, 25; Schol. ad Pind. Ol. 6, 7

1 auguris *corr. in* -iis **M** ‖ **2** marcos **V** ‖ **4** videmus *supervacaneum habuit Gruter* | Polyidum *Marsus: cf. Hom. Il. XIII 663* polibum *vel* poly- *codd.* ‖ **7** idem *codd.* ‖ **8** ut testis *codd.;* ut *del. Hottinger: cf. Cic. Off. II 26 et 43, Leg. Manil. 30* | ducebatur. testis *Auratus* ‖ **10** religionum *ex* -em **B** ‖ **12** nec lecta **B** | dryade *corr. in* drui- *m. alt.* **V**, *supscr. m. tert.* dryadae *vel* dri- *codd.* ‖ **14** phisiologiam *vel* phy- *codd.* ‖ **16** auguris *corr. in* -iis **A** ‖ **17** dicebant (n *del.* **B**) **H B** | in *supadd.* **B** ‖ **19** non (*inde duab. litt. eras.*) is **V** ‖ **23** debitas *corr. in* dedi- **P** | telmesius **H** ‖ **25** duas] divas **M** die **AVHP** | Iamidarum *Marsus* iam indarum (iaminda, *supadd.* rum unam alteram **B**) **AVHFB**, *ita ex* iamindurum **P** iam undarum **H**

Clutidarum, haruspicinae nobilitate praestantes. in Syria Chaldaei cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum
92 antecellunt. Etruria autem de caelo tacta scientissume animadvertit eademque interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. quocirca bene apud 5 maiores nostros senatus tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis X singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum. Phryges autem et Pisidae et Cili- 10 ces et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant, quod idem factitatum in Umbria accepimus.

42 93 Ac mihi quidem videntur e locis quoque ipsis, qui a quibusque incolebantur, divinationum opportunitates esse 15 ductae. etenim Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi caeli officere posset, omnem

3 Diomed. G. L. K. I 374, 19 (antecellunt) ‖ **6** Val. Max. I 1, 1 ‖ **7** Cic. Leg. II 21; Tac. Ann. XI 15; Fest. 492, 6; Censor. Die nat. IV 13; Schol. Bern. ad Lucan. I 636

1 Clutidarum *Lambinus auctoribus Herodoto* (*IX 33*) *et Pausania* (*VI 17, 6*) glutidarum *codd.* ‖ **2** cognatione **V** ‖ **6** senatos (*corr. in* -us) tum conflorebat (*corr. in* cum flo-) **B** ‖ **7** filiis X singulis *ex Val. Maximo* (decem principum filii senatus consulto singulis Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratia traderentur) *Davies* filiis sex singulis *codd.* filiis X ex singulis *Christ* deni principum filii ex singulis *Madvig, acute, eo magis quod* deni *aptius videtur ad Tullianum stilum: ita iam Rath, qui tamen Lipsii coniecturam* (*Elect. II 11: ad Val. Max. loc. paulo ante laudat.*) duodecim principum filii *def.* filiis V *coni. Traube* (*Furtwängler, Antike Gemmen III, p. 271*), *adferens CIL VI 32434, ubi ordo LX haruspicum commemoratur, ita ut quinquies* (*quinque enim erant Etruriae populi*) *duodeni fiant sexaginta. illud* filiis *ad Etruscos, non ad Romanos spectare recte duxerunt Thulin et Pease* ‖ **9** abducerentur (n *exp.* **ABV**) **MABV** ‖ **10** fiside *vel* fy- *vel* phi- *codd.* ‖ **12** factitatum *ex* -tem **B** ‖ **14** ipsis *supadd.* **B** ‖ **16** etenim Aegyptii et *Manutius, ita iam Cantabr. et Reg. teste Davisio* ut enim aeg. ut *codd.* etenim Aeg. ut *Ax: sed cf. Div. I 2* ‖ **17** equoribus *ex* eco- **A** aequioribus *corr. in* aequo- **V** ‖ **18** contemplationi *Ven.* -ne *codd.* | posset *edd. ant.* -sit *codd.*

curam in siderum cognitione posuerunt, Etrusci autem, quod religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maxume dediderunt, quodque propter aëris crassitudinem de caelo apud eos multa
5 fiebant, et quod ob eandem causam multa invisitata partim e caelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu, ostentorum exercitatissimi interpretes exstiterunt. quorum quidem vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a maioribus po-
10 sita declarant. quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Arabes autem et Phryges et Cilices, quod pastu 94 pecudum maxume utuntur, campos et montes hieme et aestate peragrantes, propterea facilius cantus avium et
15 volatus notaverunt; eademque et Pisidiae causa fuit et huic nostrae Umbriae. tum Caria tota praecipueque Telmesses, quos ante dixi, quod agros uberrumos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter fecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animadvertendis dili-
20 gentes fuerunt.

43 95 Quis vero non videt in optuma quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse? quis rex umquam fuit, quis populus, qui non uteretur praedictione divina? neque solum in pace, sed in bello multo
25 etiam magis, quo maius erat certamen et discrimen salutis. omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil

10 Cic. Nat. deor. II 7

3 se *supadd.* **V** | maximae *corr. in* -xume **B** || **4** caelum *corr. in* -lo **B** || **5** feriebantur *Jortinus; cf. Div. I 92* (de caelo tacta) | causa **B** | invisitata *corr. in* inusi- **AB**; *cf. Div. II 138* inusitata **V** | partim *supadd. m. alt.* **B** || **6** *post* caelo *mg. add.* apud eos **V** || **7—8** conceptu (et satu *om.*) tentorum (*sup. praemis.* por) exerc. (interpretes *om.*) extit. **V** || **7** et satu *del. Klotz* | *in* **P** *fol. 54*^{v} *finit cum* satu ostentorum, *fol. 55*^{r} *a* tos ad senatum *proficiscitur: desunt igitur pars extrema § 93, §§ 94—99 et initium § 100* || **11** prodicunt *Lambinus* || **15** phisidiae (*ex* -dae **B**) **FMB** pisid(a)e *cett. codd.* || **19** animadvertendis *ex* -tis **B** || **24** multoque, *om.* etiam **H** || **25** et discrimen *om.* **V**, *del. Klotz*

sine auspiciis domi habent [auspicia]; externa videamus: namque et Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos *μάντεις* vocant, adhibuerunt, et Lacedaemonii regibus suis augurem adsessorem dederunt, itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt, iidemque de rebus maioribus semper aut Delphis oraclum aut ab Hammone aut a Dodona petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedaemoniorum rem publicam temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit; quas cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione. atque etiam qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaae fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa excubabant, quia vera quietis oracla ducebant. ad nostra iam redeo. quotiens senatus decemviros ad libros ire iussit! quantis in rebus quamque saepe responsis haruspicum paruit! nam et cum duo visi soles essent, et cum tres lunae, et cum faces, et cum sol nocte visus esset, et cum e caelo fremitus auditus, et cum caelum discessisse visum esset atque in eo animadversi

1 domi (*ex* dum) habent **B** dum habent (-rent **H**) *cett. codd.* domi *servandum est, eo magis quod verbis* in bello *obicitur* (*cf. Div. I 3 et II 77*)*;* habent *defendi potest, quasi sit* '*suscipiunt*'*: itaque supervacaneum emineat illud* auspicia, *tamquam glossa ad* externa *spectans* (*cf. Div. I 43, 46, 55, 58, 97, etsi* externa auguria *scr. in II 76*). *quapropter* domi habent *cum Hottingero coni. possumus* (*cf. Cic. Leg. III 10; Div. II 77*) domi habent auspicia *delenda put. Davies* domi; externa (*cancellis* hab. ausp. *inclus.*) *Schütz* domi, si habent ausp.; extera *coni. Deiter*[6] *p. 319* domi — dum hab. ausp.; externa *in app. dubitanter Pease* dum habent ausp. *serv. Ax, Plasbergium secutus* (*coll. Div. II 76*) || **3** mantis *codd.* || **6** idemque *codd.* || **7** rebus *ex* regibus **A** | a (*supadd.* **B**) delfis **F M B** || **8** aut *supadd.* **B**; *ex* ut *corr.* **A** | a *supadd.* **B** || **9** auctoritatem, m *exp.* **B** || **11** prohibitis (*corr. in* -us) pro rel. **H** || **13** Pasiphaae *Asc.* pasiphe (-fe **A**) **B A** pasiphae (-fae **M**) **V H F M** || **14** incubant **H** incubabant *Manutius* ('*ut somnos caperent; at* excubare *contrarium est*')*: sed cf. Div. I 112* | quia *ex* qui **B** || **16—17** quantis in rebus — paruit *om. codd., add. in extremo § 98, iterum praemissis verbis* quotiens senatus — iussit*: huc restit. Davies* || **18** essent] sunt *Müller, itemque* visus est *paulo post* (*lin. 19*) || **20** visum esset *Rath* visum est *codd.* | in eo ignei anim. *Davies coll. Sen. Nat. quaest. I 14,1*

globi; delata etiam ad senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desidisset Apuliaque maximis terrae motibus conquassata esset: quibus portentis magna populo Romano bella perniciosaeque sedi-
5 tiones denuntiabantur, inque his omnibus responsa haruspicum cum Sibyllae versibus congruebant. quid? cum 98 Cumis Apollo sudavit, Capuae Victoria? quid? ortus androgyni nonne fatale quoddam monstrum fuit? quid? cum fluvius Atratus sanguine fluxit? quid? cum saepe
10 lapidum, sanguinis non numquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? quid? cum in Capitolio ictus Centaurus e caelo est, in Aventino portae et homines, Tusculi aedes Castoris et Pollucis Romaeque Pietatis: nonne et haruspices ea responderunt, quae evenerunt, et
15 in Sibyllae libris eaedem repertae praedictiones sunt? **44**

Caeciliae Q. filiae somnio modo Marsico bello templum 99 est a senatu Iunoni Sospitae restitutum. quod quidem somnium Sisenna cum disputavisset mirifice ad verbum cum re convenisse, tum insolenter, credo ab Epicureo ali-
20 quo inductus, disputat somniis credi non oportere. idem contra ostenta nihil disputat exponitque initio belli Marsici et deorum simulacra sudavisse, et sanguinem fluxisse, et discessisse caelum, et ex occulto auditas esse voces, quae pericula belli nuntiarent, et Lanuvi clipeos, quod
25 haruspicibus tristissumum visum esset, a muribus esse derosos. quid, quod in annalibus habemus Veienti bello, 100

24 Cic. Div. II 59; Plin. Nat. hist. VIII 221

1 *post* globi *interpungend. censemus, ita ut praecedens periodus* (nam — globi) *ex verbo* paruit *pendeat* | labe *Ernesti* || **2** desedisset **V**, *def. Müller coll. Iul. Obseq. 36; sed cf. Div. I 78* || **5** denuntiabantur *ex* -bu- **B** || **7** ortos **V** || **8.9** quid cum *Herelius* quid quod *codd.* || **9** qui *corr. in* quid *m. alt.* **B** || **11** defluxit *Asc. 1521* effl- *codd.* || **12** aventino *ex* -tione **V** || **14** respondebant **H** || **15** praedictione (*corr. in* -es **B**) **V B** | *post* sunt *iterum codd. scr.* quotiens senatus — iussit*; inde* quantis in rebus — paruit, *quae ad § 97 restit. Davies* || **16** caeciliaeque **A H** caeciliaeq· **V** caeliuae (*corr. in* ciliciae) q· **B** ciliciae q· **F** ciliciaeque **M** || **17** iunonis hospite (-tae **F**) **B H F** || **18** disputavisset et (*eras.*) **B** || **19** venisse *corr. in* conve- *m. alt.* **A** | epicuro **B F M** || **20** idemque **H** || **24** lanuii **B F** lanuini *ex* -vini **V** lanuvini **H** || **26** veiecti *corr. in* -nti (*semper*) **A** vegente *corr. in* veienti **B** vergenti **H** | cum (*exp.*, *mg.* in) bello lacus **F**

cum lacus Albanus praeter modum crevisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem perfugisse, eumque dixisse ex fatis, quae Veientes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redundaret, et, si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum po- 5 pulo Romano; sin autem ita esset eductus, ut ad mare pervenire non posset, tum salutare nostris fore? ex quo illa mirabilis a maioribus Albanae aquae facta deductio est. cum autem Veientes bello fessi legatos ad senatum misissent, tum ex iis quidam dixisse dicitur non omnia 10 illum transfugam ausum esse senatui dicere; in isdem enim fatis scriptum Veientes habere fore ut brevi a Gallis Roma caperetur, quod quidem sexennio post Veios captos factum esse videmus.

45 101 Saepe etiam et in proeliis Fauni auditi et in rebus tur- 15 bidis veridicae voces ex occulto missae esse dicuntur; cuius generis duo sint ex multis exempla, sed maxuma. nam non multo ante urbem captam exaudita vox est a luco Vestae, qui a Palati radice in novam viam devexus est, ut muri et portae reficerentur; futurum esse, nisi 20 provisum esset, ut Roma caperetur. quod neglectum, cum caveri poterat, post acceptam illam maximam cladem expiatum est; ara enim Aio Loquenti, quam saeptam videmus, exadversus eum locum consecrata est. atque etiam scriptum a multis est, cum terrae motus factus 25 esset, ut sue plena procuratio fieret, vocem ab aede Iuno-

1 sqq. Cic. Div. II 69; Liv. V 15, 2 sqq.

1 vegentem **B F** || **2** hominem *ex* -es **B** | perfugissem, m *exp.* **B** profugisse *Klotz* || **3** vegentes *corr. in* veie- **B** || **4** his **B F** || **5** fluxisset **B F** || **6** esset *om.* **H** | ut *supadd.* **B** || **7** fore *ex* fere **V** || **8** admirabilis *Ven.* || **8.9** ductio (*corr. in* dedu-) esse **F** || **9** fesse **A** || **10** his **A V H F M P**, *ita* **B** *ex* is || **12** veientes *ex* vehi- **V** || **14** vidimus **P** | *clausulam* esse videmus *suspectam habuit Ax, qui* video *vel* esse factum videmus *coni.* (*cf. Div. I 89* fuisse scriptum videmus)*; etiam* esse *delend. put. Castiglioni p. 89* || **16** viridice **B** veridicae *corr. in* verri- **V** || **17** sint *Madvig* sunt *codd.* sumo *Usener*[2] *p. 392* || **19** palatii *ex* -ti **B V** || **22** cum **H** tum (*supadd. m. alt.* **B**) *cett. codd.* tum cum *Müller* || **23** expiatum *Davies coll. Liv. V 50, 5* explicatum *codd.* | septem *corr. in* -tam **V** || **24** est *supadd.* **A** || **26** suae **B V H F**

nis ex arce exstitisse; quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. haec igitur et a dis significata et a nostris maioribus iudicata contemnimus?

Neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, **102**
5 sed etiam hominum, quae vocant omina. quae maiores nostri quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis 'quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset' praefabantur, rebusque divinis, quae publice fierent, ut 'faverent linguis', imperabatur inque feriis imperandis, ut
10 'litibus et iurgiis se abstinerent'. itemque in lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret, et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. quod idem in dilectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine.
15 quae quidem a te scis et consule et imperatore summa cum **103** religione esse servata. praerogativam etiam maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt.

Atque ego exempla ominum nota proferam. L. Paulus **46** consul iterum, cum ei bellum ut cum rege Perse gereret
20 obtigisset, ut ea ipsa die domum ad vesperum rediit, filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parva, osculans animum advertit tristiculam. 'Quid est', inquit, 'mea Tertia? quid tristis es?' 'Mi pater', inquit, 'Persa periit'. tum ille artius puellam complexus: 'Accipio', in-
25 quit, 'mea filia, omen'. erat autem mortuus catellus eo nomine. L. Flaccum, flaminem Martialem, ego audivi, **104** cum diceret Caeciliam Metelli, cum vellet sororis suae

18 sqq. Val. Max. I 5, 3 || **27** sqq. Val. Max. I 5, 4

1 ut *post* quocirca *add.* **H** || **3** iudicata *mg.* indi- **V** || **5** omina *ex* no- **B** || **11** ab eo qui eam deduceret *cancellis inclus. Thoresen* (*Nord. Tidskr. Filol. 1893—94, p. 29*) | imp· (*supadd.* erator *m. alt.* **A**) **BVA** || **13** dilectu *Lambinus* -cto *codd.* || **15** scio *Cobet p. 419* | cum *om.* **V** || **16** omen *Manutius* omnes *codd.: idem error in Div. II 83* || **18** ergo, r *exp.* **A** ego *om.* **H** | hominum (h *eras.* **V**) *codd.* || **19** consulite *supadd.* rum *m. alt.* **B** || **20** obtisgisset **A** obtisgesset *corr. in* -tigi- **V** || **21** tum *om.* **H** || **22** animum advertit *supscr.* animadvertit *m. alt.* **V** animam (*corr. in* -um) advertit **B** || **23** mea Tertia — pat. inquit *om.* **H** || **24** perit (*corr. in* -iit **AV**) **BFAV** | accepio (*corr. in* accepi o **B**) **HB** accepi omen **V** || **27** sorori *corr. in* -is **V**

filiam in matrimonium conlocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat. cum virgo staret et Caecilia in sella sederet neque diu ulla vox exstitisset, puellam defatigatam petisse a matertera, ut sibi concederet paulisper ut in eius sella 5 requiesceret; illam autem dixisse: 'Vero, mea puella, tibi concedo meas sedes'. quod omen res consecuta est; ipsa enim brevi mortua est, virgo autem nupsit, cui Caecilia nupta fuerat. haec posse contemni vel etiam rideri praeclare intellego, sed id ipsum est deos non putare, quae ab 10 iis significantur, contemnere.

47 105 Quid de auguribus loquar? tuae partes sunt, tuum, inquam, auspiciorum patrocinium debet esse. tibi App. Claudius augur consuli nuntiavit addubitato salutis augurio bellum domesticum triste ac turbulentum fore; quod 15 paucis post mensibus exortum paucioribus a te est diebus oppressum. cui quidem auguri vehementer adsentior; solus enim multorum annorum memoria non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam. quem inridebant collegae tui eumque tum Pisidam, tum Soranum 20 augurem esse dicebant; quibus nulla videbatur in auguriis aut praesensio aut scientia veritatis futurae; sapienter aiebant ad opinionem imperitorum esse fictas religiones. quod longe secus est; neque enim in pastoribus illis, quibus Romulus praefuit, nec in ipso Romulo haec calliditas 25 esse potuit, ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent. sed difficultas laborque discendi disertam neglegentiam reddidit; malunt enim disserere nihil esse in

2 hominis, h *eras.* **BV** omnis **A** || **6** ego vero *Thormeyer p. 80 coll. Val. Max. I 5, 4; recte Cic. Rep. I 66, Leg. II 46, Tusc. II 26 obiecit Ax* || **10** id *om.* **HP** || **13** App. *Manutius* p· *codd.* || **14** addubitato *corr. in* at dub- **B** at dubitato **HM** | Salutis *Christ: sed cf. Cic. Leg. II 21 et Fest. 152, 31* (Salutis *scr. Lindsay*)*; cf. etiam Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm., p. 133, adnot. 5* || **19** quae *corr. in* quem *m. alt.* **B** || **22** aut, *mg. scr.* auspiciis, *quod post* aut *addend. signific. m. alt.* **V**, *om.* aut scientia (*quae cancellis inclus. Davies*) | praesentio *corr. in* -sio **B** || **23** aiebant *ex* age- **BV** agebant **AHMP** | sap., aiebant, *Pease* || **25** romulus *ex* -lis **A** || **26** esse *om.* **V** || **27** fingeret **L** fingerem *corr. in* -rent (*ita scr. mg.*) **V** || **28** malint **H**

auspiciis quam, quid sit, ediscere. quid est illo auspicio **106**
divinius, quod apud te in Mario est? ut utar potissumum
auctore te:

Hic Iovis altisoni subito pinnata satelles
5 arboris e trunco, serpentis saucia morsu,
subrigit ipsa, feris transfigens unguibus anguem
semianimum et varia graviter cervice micantem.
quem se intorquentem lanians rostroque cruentans
iam satiata animos, iam duros ulta dolores
10 abicit ecflantem et laceratum adfligit in unda
seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.
hanc ubi praepetibus pinnis lapsuque volantem
conspexit Marius, divini numinis augur,
faustaque signa suae laudis reditusque notavit,
15 partibus intonuit caeli pater ipse sinistris.
sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen.

Atque ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus **48** **107**
fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed a certis
acceptus et posteris traditus. itaque Romulus augur, ut
20 apud Ennium est, cum fratre item augure

4sqq. Hom. Il. XII 200sqq.; Schol. Veron. ad Verg. Aen. V 255 || 7 Enn. Ann. 472sq.; Verg. Aen. X 395 || 19 Liv. I 6, 4; Prop. IV 6, 43; Ovid. Fast. IV 815sqq.; V 151sq.; Dion. Halic. I 86; Paul. Fest. 345, 10; Sen. Brev. vit. 13, 8; Flor. I 1, 1, 6sq.; Plut. Rom. 9; Val. Max. I 4, praef.; Auct. Or. gent. Rom. 23, 1; Gell. XIII 14, 5; Serv. ad Verg. Aen. VI 779

1 (h)auspiciis *ex* -cis **A F** || 4–16 *hi vv. ex Tulliano 'Mario' (frg. 7) excerpti Homerum imitantur* || 4 pennata **V** || 6 subrigit *Peerlkamp (ad Verg. Aen. XI 751) et Lachmann (ad Lucr. I 360) coll. Val. Flacc. I 157* subigit **B V H F P** subiit **A M** subicit *pro* subiciit *Gulielmius* subiugat *Davies* | ipsa feris subigit *Turnebus* || 7 semanimum (*corr. in* semian- **AV**) **F A V** sed (*corr. in* sem) animum **H** *cf. Wreschniok p. 26* || 10 abiecit (*corr. in* abic- **BV**) **ABV**, *quod def. Mather (pp. 97 et 138); cf. Lachmann (ad Lucr. II 951) et Thielmann (p. 560:* abiecit = abiicit) | efflantem (*corr. in* ecfl-**V**) **H V** afflantem **M** | undam *vel* undas *Lambinus; sed cf. Cic. Nat. deor. II 124, Fin. V 92; Verg. Aen. XII 256* || 12 pennis **B V F M** || 14 faustaque *ex* fastaque **V** | laudes *corr. in* -is **B** || 17 auguratus, *post* ur *sign. divis.* (:) *add.*, atys *sup.* atus *scr.* **M** | non vanus *Davies* || 19 augur *supadd. m. alt.* **A** || 20 cum] cum cum (*supadd.* **B**) **A B**

curantes magna cum cura tum cupientes
regni dant operam simul auspicio augurioque.
†in monte Remus auspicio se devovet atque secundam
solus avem servat. at Romulus pulcher in alto
quaerit Aventino, servat genus altivolantum. 5
certabant, urbem Romam Remoramne vocarent.
omnibus cura viris, uter esset induperator.
exspectant; veluti, consul cum mittere signum
volt, omnes avidi spectant ad carceris oras,
108 quam mox emittat pictis e faucibus currus, 10
sic exspectabat populus atque ore timebat
rebus, utri magni victoria sit data regni.
interea sol albus recessit in infera noctis.
exin candida se radiis dedit icta foras lux,
et simul ex alto longe pulcherruma praepes 15
laeva volavit avis. simul aureus exoritur sol,

1 – p. 63, 4 *Enn. Ann. 77—96* ‖ **1** certantes *Ciofanus* | tum cupientes] concupientes *Asc. 1521* ‖ **3** in monte *Ennio trib. codd., quod metro repugnat; Ciceroni dedit Vahlen*[4] *p. 1145, qui tamen* in ⟨imo⟩ monte . . . Remus ausp. se dev. atque secundam subtus avem servat *coni.* iam Remus auspicio . . . *vel* iam mane auspicio Remus se vovet *coni. possimus coll. Ovid. Fast. IV 816,* illo in monte *pro glossa habito* (hic *scr. Victorius*); *sin autem* in monte *hexam. initium ducamus, v. ita restitui possit:* in monte auspicio Remus se vovet *vel* mox in monte Remus se devovet (*exp.* auspicio). *quae coni. Davies* (monte in Aventino Remus auspicat atque sec. — solus avem servat. tu, Romule pulcher, in alto — quaeri' Palatino, servans . . .) *et Petersen* (*p. 43:* hinc Rem. ausp. se devov. atque sec. — quaerit Aventino. at Rom. pulc. in alto — solus Palatino servat) *commenticia videntur* ‖ **4** autem (*corr. in* avem **B**) **AVFPB** ‖ **5** servans *cod. Ciofani* cernens *Aldus Nepos* | altivolantum *Marsus* alte volantum (*ex* -tem **F**) *codd.* ‖ **6** remamnem **B** remamne **F** remoram neque **H** Romamne Remamne *Aldus Nepos* | *Enn. Ann. 82—88 cum Lucr. III 833—37 confert Verdière p. 159* ‖ **7** omnibus *corr. in* omnis **V** ‖ **8** exspectant veluti *pro anastrophe Christ; sed cf. Vahlen*[4] *p. 1151 sq.* | committere **BF** ‖ **9** vult (*ex* volt **V**) **BHFV** | avidi *ex* audi **H** | oris *corr. in* -as **V** ‖ **10** quam mox **O**, *Aldus* qua mox *codd., sed cf. Fest. 314, 5* | *de hoc loco disput. Morgan p. 247* ‖ **11** ora tenebat *Ven.* ‖ **12** utri *pro* utrius *interpretand. put. Peerlkamp* (*ad Hor. Carm. IV 6, 23 et ad Verg. Aen. XI 400*); *contra Vahlen*[4] *p. 1153* ‖ **13** in *supadd.* **A** ‖ **14** icta] ita **HV** ‖ **16** *post* avis *add.* et (*exp.* **V**) **AHPV** | volavitavisset, set *eras.* **B**

cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta
avium, praepetibus sese pulchrisque locis dant.
conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
auspicio regni stabilita scamna solumque.

5 Sed ut, unde huc digressa est, eodem redeat oratio: si 49 109
nihil queam disputare, quam ob rem quidque fiat, et
tantum modo fieri ea, quae commemoravi, doceam, parumne Epicuro Carneadive respondeam? quid, si etiam
ratio exstat artificiosae praesensionis facilis, divinae
10 autem paulo obscurior? quae enim extis, quae fulgoribus,
quae portentis, quae astris praesentiuntur, haec notata
sunt observatione diuturna. adfert autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam; quae potest esse etiam sine motu atque impulsu
15 deorum, cum, quid ex quoque eveniat, et quid quamque
rem significet, crebra animadversione perspectum est.
altera divinatio est naturalis, ut ante dixi; quae physica 110
disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum,
a qua, ut doctissimis sapientissimisque placuit, haustos
20 animos et libatos habemus; cumque omnia completa et
referta sint aeterno sensu et mente divina, necesse est
contagione divinorum animorum animos humanos commoveri. sed vigilantes animi vitae necessitatibus serviunt

2 Gell. VII 6, 9 ‖ 8 Stoic. Vet. Frag. II 1208

1 quattuor *bisyllab. put. Vahlen, Ritschelium (Opusc. III, p. 368 in adnot., coll. Plaut. Most. 630, Sen. Herc. Oet. 1095, Auson. Lud. sept. sap. VI Cleob. 5, p. 177 P.) et Lachmannum (ad Lucr. III 917) secutus* ‖ 2 sese] si esse **P** | pulcris *Gellius* ‖ 3 prioram *ex* propriam **B** propriam **AVH** propria **P** ‖ 4 stabilita *codd.: de syllaba fin. producta cf. Hale p. 267* stabilitaque *cod. Ciofani* ‖ 5 ut *del.* **V**, *om.* **H** ‖ 6 queam] quae tum **V** | quicque (*ita codd.*) *ex* quicquid **B** ‖ 10–p. 64, 7 quae enim — atque terrarum *habet* **R** ‖ 13 credibilem *Hottinger coll. Div. II 55* ‖ 15 quoque] quo **H** | et *supadd. m. alt.* **B** ‖ 18 naturam] munus **R** ‖ 20 habemus *supadd. m. alt.* **B** | cumque *corr. in* cum quo **R** ‖ 21 sunt **ABVRP** ‖ 22 contagione *Davies coll. Nat. deor. I 27* cognitione *codd.* cognatione *Marsus* (*cf. Div. I 64*) | divinorum] divini **R** | animorum] muneri **R** ‖ 23 vigilantium *Davies coll. Div. I 121; sed cf. Div. II 128 et 129*

diiunguntque se a societate divina vinclis corporis impe-
111 diti. rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent et ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur. horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae; nam et natura futura prae- 5 sentiunt, ut aquarum eluviones et deflagrationem futuram aliquando caeli atque terrarum; alii autem in re publica exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt; quos prudentes possumus dicere, id est providentes, divinos nullo 10 modo possumus, non plus quam Milesium Thalem, qui, ut obiurgatores suos convinceret ostenderetque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, ante quam florere coepisset, in agro
112 Milesio coemisse dicitur. animadverterat fortasse quadam 15 scientia olearum ubertatem fore. et quidem idem primus defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur.

50 Multa medici, multa gubernatores, agricolae etiam multa praesentiunt, sed nullam eorum divinationem voco, 20 ne illam quidem, qua ab Anaximandro physico moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem et tecta linquerent armatique in agro excubarent, quod terrae motus instaret, tum cum et urbs tota corruit et e monte Taygeto extrema montis quasi puppis avolsa est. ne Pherecydes quidem, 25

8 Val. Max. V 3, ext. 3; Diog. Laert. I 49; 65; Plut. Sol. 29 sqq.; Ael. Var. hist. VIII 16; Diod. IX 20, 2; XIX 1, 4 || **11** Aristot. Polit. I 11, p. 1259a 3 sqq.; Plin. Nat. hist. XVIII 273 || **16** Diels, Vorsokrat. 11 (1) A 5; Herodt. I 74 || **21** Diels, Vorsokrat. 12 (2) A 5 a; Plin. Nat. hist. II 191; Plut. Cim. 16; Amm. Marc. XVII 7, 12 || **25** Diels, Vorsokrat. 7 (71) A 6; Apoll. Mirab. 5; Porphyr. apud Euseb. Pr. Ev. 10

2 quidem **O** || **4** rapiantur *ex* -untur **B** || **6** eluviones *Turnebus* (*Advers. V 23*)*; cf. Cic. Rep. VI 23, Off. II 16* fluxiones (fle- **H**) *codd.* | et *corr. in* ut *m. alt.* **V** | futurarum **V** || **15** quoemisso *corr. in* coemisse *m. alt.* **V** || **15. 16** quandam scientiam **H** || **19. 20** multa — voco *habet* **R** || **24** e monte **VP** monte **H** in monte (*ex* monte **AB**) **FMAB** || **25** montis] pars (*supadd.* **M**) montis **OM***; cf. Plin. Nat. hist. II 91* (Taygeti montis magna pars)*; glossema* extrema montis *put. Davies* | avulsa **VHFM**

ille Pythagorae magister, potius divinus habebitur quam physicus, quod, cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare. nec vero umquam animus **113** hominis naturaliter divinat, nisi cum ita solutus est et 5 vacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore; quod aut vatibus contingit aut dormientibus. itaque ea duo genera a Dicaearcho probantur et, ut dixi, a Cratippo nostro; si propterea quod ea proficiscuntur a natura, sint summa sane, modo ne sola; sin autem nihil esse in observatione 10 putant, multa tollunt, quibus vitae ratio continetur. sed quoniam dant aliquid, idque non parvum [vaticinationes cum somniis], nihil est quod cum his magnopere pugnemus, praesertim cum sint, qui omnino nullam divinationem probent. ergo et ii, quorum animi spretis corporibus **114** 15 evolant atque excurrunt foras, ardore aliquo inflammati atque incitati cernunt illa profecto, quae vaticinantes pronuntiant, multisque rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhaerent, ut ii qui sono quodam vocum et Phrygiis cantibus incitantur. multos nemora silvaeque, 20 multos amnes aut maria commovent, quorum furibunda mens videt ante multo, quae sint futura. quo de genere illa sunt:

eheú videte!
iúdicabit ínclitum iudícium inter deás tris aliquis,
25 quó iudicio Lácedaemonia múlier, Furiarum úna, adveniet.

2 exhaustam **B F** || 3 motum *Davies ex codd.* **O** || 3–6 nec vero — dormientibus *habet* **R** || 5 quo (d *supadd.*) aut (*exp.*) aut **A** || 5.6 et . . . et *Davies ex quodam viro erudito* || 11 vaticinationes *corr. in* -is **B** vaticinationis, s *del.* **M** vaticiones (*corr. in* vaticinatio- **A**) **H A** || 11–12 vatic. cum somniis *glossam habuit Davies* || 14 hii **H** hi **A B V F P** || 16 prenuntiant (p̃nun-) **V** || 18 hii **H** hi *cett. codd.* | somno, m *eras.* **B** || 21 sunt **L O** || 22 illa *ex* illi **B** || 23–26 *Enn. Scaen. 69–71: hos vv. 'Alexandro' trib. Vahlen; cf. Snell p. 7* || 24 iudicabit *Haupt p. 209* -vit *codd.* | intus *ex* inter **V** | *hos vv. ita descr. Turnebus* (*Advers. V 23*)*:* Eheu videte iudicav. incl. — Iud. int. Deas tres al.*;* quo iud. — Laced. mul. fur. una adv. (*voces* iudicio *et* adveniet *tribus syllab. conformatas put.*)*, ita contra dispos. Davies:* Eheu vid. iudicav. incl. (*v. iamb.*) — Iud. int. Deas tres al. (*v. anapaest.*) — Quo iud. Laced. (*v. anapaest.*) — Mul., fur. una, adv. (*v. anapaest.*)

eodem enim modo multa a vaticinantibus saepe praedicta sunt, neque solum verbis, sed etiam

versibus, quos olim Fauni vatesque canebant.

115 similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur; quo de genere Apollinis operta prolata sunt. credo etiam anhe- 5 litus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracla funderent.

51 Atque haec quidem vatium ratio est, nec dissimilis sane somniorum. nam quae vigilantibus accidunt vatibus, eadem nobis dormientibus. viget enim animus in somnis 10 liber ab sensibus omnique impeditione curarum, iacente et mortuo paene corpore. qui quia vixit ab omni aeternitate versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia, quae in natura rerum sunt, videt, si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est adfectus, ut sopito corpore 15 116 ipse vigilet. haec somniantis est divinatio. hic magna quaedam exoritur, neque ea naturalis, sed artificiosa somniorum [Antiphontis] interpretatio eodemque modo et oraculorum et vaticinationum. [sunt enim explanatores,

3 Varr. L. L. VII 36; Cic. Brut. 71. 75; Orat. 157. 171; Fest. 432, 13; Auct. Or. gent. Rom. 4, 5; Quint. Inst. orat. IX 4, 115; Serv. ad Verg. Georg. I 11 || **18** Diels, Vorsokrat. 87 B 79

1 multa *supadd.* **H** | vatic. etcinantibus (*exp.* **V**) **OV** vatic. et avantibus *cod. S. Victoris teste Grutero; in* euantibus *corr. Gulielmius* || **3** *Enn. Ann. 214* || **4** publicius *ex* -lius **M** || **5** de] e **AV HP** | quo de genere — prolata sunt *post* funderent *collocanda put. J. F. Meyer* (*Interpret. German., p. 95*) *et Clark* (*p. 361*); *contra Thoresen* (*App., p. 223*) *et Pease* (*p. 306*) || **8** quidem *supadd.* **B** | vatum *ex* -tium **V** || **10** – p. 67, **9** viget — possit *habet* **R** *nonnullis omiss.* || **11** liber ab sensibus omnique *Christ* liberque (-betque **H**) sensibus ab omni *codd.* liber a sens. atque ab omni *Lambinus* liberque est sens. ac omni *Davies* || **12** omnibus **V** omni *om.* **R** || **15** mundique *corr. in* modicisque **B** moderatisque **M** || **16** evigilet **H** || **16–18** hic — interpretatio *om.* **R** || **18** somniorum antiphonis *codd., corr. in* Antiphontis *Aldus; sed illud* Antiphontis *vel* antiphonis (*cf. Div. I 39*) *mera glossa apparet* || **19** – p. 67, **1** sunt — poetarum *del. Kayser* (*cf. Div. I 34*); *tantum* enim *et* ut gramm. poetarum *eiec. Ernesti* sunt enim harum rerum explanat., *aliquid deesse put., rescribend. coni. Lambinus* sunt enim explanat. omnium horum *Davies*

ut grammatici poetarum.] nam ut aurum et argentum, aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisset, quem ad modum ad eorum venas perveniretur, nec fruges terrae bacasve arborum cum utilitate ulla
5 generi humano dedisset, nisi earum cultus et conditiones tradidisset, materiave quicquam iuvaret, nisi confectionis eius fabricam haberemus, sic cum omni utilitate, quam di hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. item igitur somniis, vaticina-
10 tionibus, oraclis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitae sunt interpretum.

Quo modo autem aut vates aut somniantes ea videant, **117** quae nusquam etiam tunc sint, magna quaestio est. sed explorata si sint ea, quae ante quaeri debeant, sint haec,
15 quae quaerimus, faciliora. continet enim totam hanc quaestionem ea ratio, quae est de natura deorum, quae a te secundo libro est explicata dilucide. quam si obtinemus, stabit illud, quod hunc locum continet, de quo agimus, esse deos, et eorum providentia mundum admini-
20 strari, eosdemque consulere rebus humanis, nec solum universis, verum etiam singulis. haec si tenemus, quae mihi quidem non videntur posse convelli, profecto hominibus a dis futura significari necesse est.

52 **118** Sed distinguendum videtur, quonam modo. nam non
25 placet Stoicis singulis iecorum fissis aut avium cantibus interesse deum; neque enim decorum est nec dis dignum nec fieri ullo pacto potest; sed ita a principio inchoa-

25 Stoic. Vet. Frag. II 1209 sq.

1 ut gramm. poetar. *suspecta* (*ita in Div. I 34*) *habuit Philippson* || **1–7** nam – haberemus *om.* **R** || **2** aes] es et **H** || **2. 3** nisi eadem docuisset *om.* **H,** *lacunae sign. add. m. alt.* || **6** quicquam *Madvig* quid (deinde quid **V**) *codd.* | confectiones (*corr. in* -sectionis **V**) **AV** consectiones *corr. in* -is **B** consectionis **O**; *cf. Nat. deor. II 151* confectionibus *vel* consectionibus *Davies* || **7–8** quam deus homini dedit **R** || **12–15** quo modo – faciliora *habet* **R** | aut[1] *om.* **H** || **14** sint[2] *corr. in* sunt **A** || **17** in secundo **H** || **18–21** agimus — singulis *habet* **R,** *sed* dicimus ergo deum esse et eius providentia *scr.* || **20** eosdem **F** eundemque **R** || **21** universis *ex* -us **V** || **23** a dis *ex* addis **B** || **24** quonam *corr. in* quod- **F**

tum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent, alia in extis, alia in avibus, alia in fulgoribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus. ea quibus bene percepta sunt, ii non saepe falluntur; male coniecta maleque interpretata falsa 5 sunt non rerum vitio, sed interpretum inscientia. hoc autem posito atque concesso, esse quandam vim divinam hominum vitam continentem, non difficile est, quae fieri certe videmus, ea qua ratione fiant, suspicari. nam et ad hostiam deligendam potest dux esse vis quaedam sen- 10 tiens, quae est toto confusa mundo, et tum ipsum, cum immolare velis, extorum fieri mutatio potest, ut aut absit aliquid aut supersit; parvis enim momentis multa natura

119 aut adfingit aut mutat aut detrahit. quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod paulo ante inter- 15 itum Caesaris contigit. qui cum immolaret illo die, quo primum in sella aurea sedit et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit. num igitur censes ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? qua ille rei novitate ⟨non est⟩ perculsus, cum Spu- 20 rinna diceret timendum esse, ne et consilium et vita de-

5 Gell. XV 13, 7 || **10—11** Cic. Nat. deor. I 39; II 22. 85; Verg. Aen. VI 726sq.; Amm. Marc. XXI 1, 8 || **16** Cic. Div. II 36; Plin. Nat. hist. XI 186sq.; Val. Max. I 6, 13; Suet. Iul. 77; Appian. Bell. civ. II 116; Plut. Caes. 63

2 fulguribus **M** || **3** alia in stellis *om.* **H** || **4** furentis *corr. in* -tium **A** | hi **BVFM**, *om.* **A** || **6** interpretantium **H** | inscitia *Orelli* || **9** ad *supadd. m. alt.* **B**, *om.* **H** || **10** diligendam (*corr. in* de- **BV**) **APBV** || **11** ipsam **M** || **12** aut *om.* **H** || **17** purpurea *ex* -ra **H** || **19** ullam *corr. in* -um **V** | habet **H** || **20** qua ille rei novitate perculsus *codd., quod Suetonianae traditioni repugnat; negationem igitur praetermis. codd., quam redintegr. pler. viri docti:* non perculsus *Förtsch* non est perc. *Klotz* (*unde* non est novitate perc. *Philippson*) non perc. est *Rath* illa re nova non ita est perc. *Moser. codd. vestigia secuti coni.* qua illo rei novitate perculso *Davies,* qua rei novitate perc. *Hottinger; huic loco crucem praepos. Müller, qui olim* nequaquam *pro* qua *coni.* (*Fleck. Jahrb. 1864, p. 615*). *Klotzii coniect. recipiend. putamus vel potius ex Suetonii verbis* minime est perculsus *suspicari possumus; cf. Giomini*[5], *p. 25, adnot. 31* || **21** efficeret *corr. in* defi- *m. alt.* **V**

ficeret; earum enim rerum utramque a corde proficisci. postero die caput in iecore non fuit. quae quidem illi portendebantur a dis inmortalibus, ut videret interitum, non ut caveret. cum igitur eae partes in extis non repe-
5 riuntur, sine quibus victuma illa vivere nequisset, intellegendum est in ipso immolationis tempore eas partes, quae absint, interisse.

53 **120** Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volent alites, tum in hac, tum in illa parte se
10 occultent, tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. nam si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membraque, quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit eaque ante efficit paene, quam cogitat, quanto id deo est facilius,
15 cuius numini parent omnia! **121** idemque mittit et signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit, quale scriptum illud videmus: si luna paulo ante solis ortum defecisset in signo Leonis, fore ut [armis] Dareus et Persa ab Alexandro et Macedonibus proelio vincerentur Da-
20 reusque moreretur, et, si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam et adulterium domi, et, si mulier leonem peperisse visa esset, fore ut ab exteris gentibus vinceretur ea res publica, in qua id contigisset. eiusdem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus,
25 Croesi filium, cum esset infans, locutum; quo ostento regnum patris et domum funditus concidisse. caput ar-

8 Stoic. Vet. Frag. II 1212; Macr. Somn. Scip. I 19, 27; Amm. Marc. XXI 1, 9 ‖ **25** Herodt. I 85; Plin. Nat. hist. XI 270; Val. Max. V 4, ext. 6; Gell. V 9

1 utramque *corr. in* utru- **B** utrumque **V F M P** | *post* proficisci *lacun. pos. Christ, quam Plasberg, Suetonii vestigia premens, ita suppl. coni.:* tamen se colligens dixit futura laetiora si vellet*; contra Philippson* ‖ **3** ut videret interitum *om.* **V** ‖ **10** occultent *ex* -ant **V** | parte *om.* **H** ‖ **11** hos cnes *inde* hoscnes *corr. in* hosci- **V** | nam si — omnia *(lin. 15) habet* **R** | sui *supadd. m. alt.* **A** ‖ **13** torquet **L** ‖ **13–14** eaque — cogitat *om., supadd.* **H** ‖ **14** id *supadd.* **B** ‖ **18** armis *del. Orelli* Arbelis *Förtsch* | dareus *corr. in* -ius (*ita lin. 19*) **B** darius (*ita lin. 19*) **H F M P** ‖ **19** proelio *del. Davies, cod. Balliol. fide* ‖ **22** percepisse **L** ‖ **26** et *supadd.* **B** | concidisset **A** | arisse **V**

sisse Servio Tullio dormienti quae historia non prodidit? ut igitur qui se tradidit quieti praeparato animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem adcommodatis, certa et vera cernit in somnis, sic castus animus purusque vigilantis et ad astrorum et ad avium 5 reliquorumque signorum et ad extorum veritatem est paratior.

54 122 Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod δαιμόνιον appellat, cui semper 10 ipse paruerit numquam impellenti, saepe revocanti. et Socrates quidem (quo quem auctorem meliorem quaerimus?) Xenophonti consulenti sequereturne Cyrum, posteaquam exposuit, quae ipsi videbantur, 'Et nostrum quidem', inquit, 'humanum est consilium; sed de rebus 15 et obscuris et incertis ad Apollinem censeo referundum', ad quem etiam Athenienses publice de maioribus rebus 123 semper rettulerunt. scriptum est item, cum Critonis, sui familiaris, oculum adligatum vidisset, quaesivisse, quid esset; cum autem ille respondisset in agro ambulanti 20 ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse, tum Socrates: 'Non enim paruisti mihi revocanti, cum uterer, qua soleo, praesagitione divina.' idem etiam Socrates, cum apud Delium male pugnatum esset Lachete praetore fugeretque cum ipso Lachete, ut ventum 25 est in trivium, eadem, qua ceteri, fugere noluit. quibus

10 Xenoph. Anab. III 1, 5; Mem. I 1, 6sqq.; Diog. Laert. II 49sq. || **24** Plut. Gen. Socrat. 581 d

2—6 ut — paratior *habet* **R** || **2** tradidit *Müller* tradet ita *codd., praeter* tradet **R**; *sed cf. Cic. Div. I 61, Senect. 51, Fin. V 41* || **3** tum rebus *om.* **V** || **4** cernet *Lambinus* || **5** et[1] *om.* **R** || **6** et ad extor. reliquor. sign. veritatem *Hottinger* || **10** demonion (demon **H**) *codd.* || **13** cyrum *mg. Crat.* epicurum *codd.* et ipse Cyrum *Camerarius* ipse Cyrum *in not. Davies* || **14** ipsi] sibi *Orelli* || **16** et[1] *om.* **H B M** | referundum *ex* -untur **B** || **19** obligatum *Lambinus; sed cf. Cic. Tusc. II 39* || **19.20** quaesivisse quid esset *om., mg. add. m. aliq. post.* **A** || **23** uterer *ex* -et **V** | praesagatione *codd.* (*cf. Div. I 66*) || **24** Delium *Marsus* duellium (vel- **M**) *codd.* || **25** ipso *supadd.* **B**

quaerentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit; cum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. permulta conlecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt; quae 5 praetermittam; tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria. illud tamen eius philosophi magnificum ac paene divinum, quod, cum impiis sententiis damnatus esset, aequissimo animo se dixit mori; neque enim domo egredienti neque illud suggestum, in quo cau-10 sam dixerat, ascendenti signum sibi ullum, quod consuesset, a deo quasi mali alicuius impendentis datum. 124

Equidem sic arbitror, etiamsi multa fallant eos, qui aut arte aut coniectura divinare videantur, esse tamen divinationem; homines autem, ut in ceteris artibus, sic 15 in hac posse falli. potest accidere, ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum, potest aliquod latuisse aut ipsum aut quod esset illi contrarium. mihi autem ad hoc, de quo disputo, probandum satis est non modo plura, sed etiam pauciora divine praesensa et praedicta reperiri. 20 quin etiam hoc non dubitans dixerim, si unum aliquid ita sit praedictum praesensumque, ut, cum evenerit, ita cadat, ut praedictum sit, neque in eo quicquam casu et fortuito factum esse appareat, esse certe divinationem, idque esse omnibus confitendum. 55 125

25 Quocirca primum mihi videtur, ut Posidonius facit, a deo, de quo satis dictum est, deinde a fato, deinde a

3 Stoic. Vet. Frag. III Ant. 38 || **6** Plat. Apol. 40a—b; 41d || **25** Stoic. Vet. Frag. II 928—33; 945; Cic. Div. II 27; Aët. Plac. I 28, 5 (= Doxogr. Gr., p. 324); Manil. I 25sqq.

2 hi *codd.* || **3** conlecta *codd. Cantabr. et Reg. teste Davisio; sic emend. Victorius* (*Var. lect. X 7*) coniecta *codd.* || **8** se *om.* **V** | duxit *ex* di- **V** | neque *supadd.* **A** || **9** enim *ante* illud *add.* **B F** || **11** mala *corr. in* -li **A** || **12—p. 74, 9** equidem — potest *habet* **R** || **12** sic *om.* **H** | qui *supadd.* **AV** (*sed m. alt.* **V**), *om.* **P** || **13** videantur, a *exp.* **R** || **18** plura] non plura *Hottinger* || **19** etiam *praetermis. Ernesti* | divine (*ex* -ae **V**) *corr. in* -na **FV** divinae, a *exp.* **B** divina **MR** || **21. 22** praedictum — cadat ut *om.* **V**, *add. in imo folio* || **24** omnibus *om.* **H** | fatendum *corr. in* confi- **R**

natura vis omnis divinandi ratioque repetenda. fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id est ordinem seriemque causarum, cum causae causa nexa rem ex se gignat. ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna. quod cum 5 ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit, eodemque modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum 126 efficientes natura contineat. ex quo intellegitur, ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id, quod physice dicitur, causa aeterna rerum, cur et ea, quae praeterierunt, 10 facta sint et, quae instant, fiant et, quae sequuntur, futura sint. ita fit, ut et observatione notari possit, quae res quamque causam plerumque consequatur, etiamsi non semper (nam id quidem adfirmare difficile est); easdemque causas veri simile est rerum futurarum cerni ab iis, 15 qui aut per furorem eas aut in quiete videant.

56 127 Praeterea, cum fato omnia fiant, id quod alio loco ostendetur, si quis mortalis possit esse, qui conligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil eum profecto fallat. qui enim teneat causas rerum futurarum, idem 20 necesse est omnia teneat, quae futura sint. quod cum nemo facere nisi deus possit, relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus futura praesentiat. non enim illa, quae futura sunt, subito exsistunt, sed

2 Stoic. Vet. Frag. I 175; II 912—21; 945—51; 1000; Cic. Tusc. V 70; Nat. deor. I 9 et 55; Fat. 20; 38; frg. 2

1 natura (a *om.*) vis omnibus **R** ‖ 2 facto, c *eras.* **B** ‖ 3 himarmenen *codd.* ‖ 4 cause (*corr. in* -ae) causa (*corr. in* -am *m. alt.*) nexarum (*exp.*) **V** ‖ 5 ex *supadd.* **V** ‖ 8 factum (c *eras.* **BR**) **H F B R** ‖ 9 superstitione **L** ‖ 11 sequentur *Davies* ‖ 12 et *om.* **V** ‖ 13 quamcumque **V** | plerumque *ex* plu- **V** | consequatur *corr. in* -antur **R** ‖ 15 simile est *Manutius* similes *codd.* ‖ 17 alio loco: *certe in libro 'de fato', cuius in parte, quam codd. tradid., hanc quaestionem pertractatam non invenimus, eo magis quod Cicero ubique fatum impugnet potius quam defendat. igitur argui potest librum 'de fato' ampliore dissertatione duas partes comprehendisse, quarum altera Stoicorum sententiam sit amplexa* ‖ 17.18 id quod alio loco ostendetur *glossam duxit Hottinger; sed cf. Div. II 19. cf. etiam Pease p. 322 sq.* ‖ 20 fallat *corr. in* -et **V** ‖ 23 presentiant *corr. in* -at **M**

est quasi rudentis explicatio sic traductio temporis nihil novi efficientis et primum quidque replicantis. quod et ii vident, quibus naturalis divinatio data est, et ii, quibus cursus rerum observando notatus est. qui etsi causas ipsas
5 non cernunt, signa tamen causarum et notas cernunt; ad quas adhibita memoria et diligentia et monumentis superiorum efficitur ea divinatio, quae artificiosa dicitur, extorum, fulgorum, ostentorum signorumque caelestium. non est igitur, ut mirandum sit ea praesentiri a divinanti- **128**
10 bus, quae nusquam sint; sunt enim omnia, sed tempore absunt. atque ut in seminibus vis inest earum rerum, quae ex iis progignuntur, sic in causis conditae sunt res futurae, quas esse futuras aut concitata mens aut soluta somno cernit aut ratio aut coniectura praesentit. atque ut ii, qui
15 solis et lunae reliquorumque siderum ortus, obitus motusque cognorunt, quo quidque tempore eorum futurum sit, multo ante praedicunt, sic, qui cursum rerum eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt, aut semper aut, si id difficile est, plerumque,
20 quodsi ne id quidem conceditur, non numquam certe, quid futurum sit, intellegunt. atque haec quidem et quaedam eiusdem modi argumenta, cur sit divinatio, ducuntur a fato.

57 **129**
A natura autem alia quaedam ratio est, quae docet,
25 quanta sit animi vis seiuncta a corporis sensibus, quod maxime contingit aut dormientibus aut mente permotis. ut enim deorum animi sine oculis, sine auribus, sine lingua

27 Stoic. Vet. Frag. II 1057–60

2 efficientis *ex* -es **B** | quicque *corr. in* quid- **V** | hii **H** hi *cett. codd.* (*sic in lin. sq.*) || **3** est] sit **M** || **5** cernant([1]) *corr. in* -unt **B** || **6** et[2] *corr. in* ex *m. alt.* **V** || **8** fulgurum (*ex* fulgo- **V**) **MV** || **10** numquam *codd., sed cf. Div. I 117* (videant quae nusquam etiam tunc sint)*;* nusquam *primus edid. Victorius* | sunt] sint *corr. in* sunt *m. alt.* **V** | tempora *corr. in* -re **R** || **17** cursu **L** || **18** diuturna pertractatione *Davies coll. Div. I 109 et II 26* || **20** quod sin (*corr. in* sine, *mg.* si ne **V**) **AV** || **21** intellegant **AVHMP** || **23** dicuntur (*corr. in* du- **AV**) **FMPRAV** ducuntur *corr. in* di- **B** | *hic finit lib. I in* **H** (divinatio du*: f. 70*[v]*); alia m. in calce scr.:* '*Desunt hic reliqua huius libri*' || **25** a] et (*del.*, a *supscr.*) **V** || **26** contigit **V** || **27** deorum animi] deus **R**

sentiunt inter se, quid quisque sentiat (ex quo fit, ut homines, etiam cum taciti optent quid aut voveant, non dubitent, quin di illud exaudiant), sic animi hominum, cum aut somno soluti vacant corpore aut mente permoti per se ipsi liberi incitati moventur, cernunt ea, quae per- 5
130 mixti cum corpore animi videre non possunt. atque hanc quidem rationem naturae difficile est fortasse traducere ad id genus divinationis, quod ex arte profectum dicimus, sed tamen id quoque rimatur, quantum potest, Posidonius. esse censet in natura signa quaedam rerum futu- 10 rarum. etenim Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quotannis solere servare coniecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit. nam si obscurior ⟨et⟩ quasi caliginosa stella extiterit, pingue et concretum esse caelum, ut eius adspi- 15 ratio gravis et pestilens futura sit; sin inlustris et perlucida stella apparuerit, significari caelum esse tenue pu-
131 rumque et propterea salubre. Democritus autem censet sapienter instituisse veteres, ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta; quorum ex habitu atque ex colore 20 tum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi, non numquam etiam, quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura. quae si a natura profecta observatio atque usus agnovit, multa adferre potuit dies, quae animadvertendo

18 Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 138; Vitruv. I 4, 8 sqq.

1 sentit (*om.* inter se) **R** | quisque *ex* -quam **B** || **2** optinent (ob- **R**) **FR** | vote *corr. in* voveant **A** || **3** deus illud exaudiat **R** || **4** in mente permotis *Davies* || **5** libere *Rath coll. Div. II 100* | moventur *ex* movean- **A** || **6** animi *Tulliani sermonis abundantiam distinguit; cf. paulo ante* per se ipsi liberi incitati (*cf. etiam Cic. Lucull. 48; Nat. deor. II 31 et 32; Fin. II 50*), *ubi tamen nunc* liberi (*cruce not. Christ*), *nunc* incitati (*cancellis inclus. Baiter*) *moleste adhibita habuer. nonnulli editt.* || **9** id quisque rimetur *in comm. Davies* || **11** etenim *Cantabr. et Reg. teste Davisio: ita coni. Manutius* ut enim *codd.* || **12** quod (*corr. in* quot **M**) annis (quodan- *corr. in* quotan- **F**) **BMF** || **14** et quasi *Davies ex codd. Cantabr. et Reg., eo magis quod verba* obscurior et quasi caliginosa *cum* inlustris et perlucida *pugnant* quasi *codd.* || **14–15** extiterit — aspiratio *mg. add. m. alt.* **B** || **16** si illustris **V** || **17** apparuit **V** | significare **BM** | purumque *ex* puer- **B** || **20** quorum *ex* co- **B**

notarentur, ut ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse videatur:

> ... nam isti quí linguam avium intéllegunt
> plusque éx alieno iécore sapiunt quam éx suo,
> 5 magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

cur? quaeso, cum ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculente:

> Quídquid est hoc, ómnia animat, fórmat, alit, augét, creat,
> 10 sépelit recipitque ín sese omnia ómniumque idémst pater,
> índidemque eadem aéque oriuntur de íntegro atque eodem óccidunt.

quid est igitur cur, cum domus sit omnium una, eaque communis, cumque animi hominum semper fuerint fu-
15 turique sint, cur ii, quid ex quoque eveniat, et quid quamque rem significet, perspicere non possint? haec habui, inquit, de divinatione quae dicerem. 58

Nunc illa testabor, non me sortilegos neque eos, qui 132

5 Varr. L. L. VI 83; Apul. Apol. 83; Non. 246, 9

1 Chryse *Nonius ex ed. princ. correctione* (qui se *codd.*) chrysi **VMP** crysi, h *supadd.* **A** crisy (*post* y *una litt. eras.* **B**) **FB** ‖ 2 cognoscere **P** ‖ 3—5 *Pacuv. Trag. 83—85; de titulo dubitat Ribbeck (p. 256 sqq. et T. R. F.³ p. 99) an 'Chrysippus' pro 'Chryse' tragoedia sit adsumenda (cf. D'Anna p. 202). hos tres vv. habet* **R** ‖ 3 hi **R** isti *corr. in* -tos **M** istis **P** istos *scr. Hottinger antiquorum usum secutus, 'ut Plautus* illas curandum censeo, *Lucretius* aeternas poenas timendum'*; sed hic anacoluthon adhibetur, ubi* isti *reponitur ex illius* qui *gravitate et pondere (cf. Cic. Brut. 258). de quo cf. Holtze, Syntax. fragm. scaen. poet. Rom. qui post Terent. fuerunt, p. 36; Koterba, De sermone Pacuv. et Acciano, pp. 175 sq. et 180 sq.* ‖ 8—12 *Pacuv. Trag. 91—93; hos tres vv. habet* **R** ‖ 8 hoc *om.* **R** ‖ 10 recepitque *corr. in* reci- **B** | id *supadd.* em **B** ‖ 11 in idemque **R** | eadem aeque *Bücheler* eadem quae (*ex* eademque **BV**) *codd.* | atque] aeque *Scaliger*, eadem quae *servat.* ‖ 12 in eodem **R** | *de horum vv. sententia cf. Eurip. frg. 839* ‖ 13 cur *del. Davies; sed cf. Cic. Orat. 144* ‖ 15 hi **F** ii *om.* **M** ‖ 16 possint *Lambinus* possunt *codd.* ‖ 17 inquit *omittend. put. Davies* ‖ 18 illud *malit Rath*

quaestus causa hariolentur, ne psychomantia quidem, quibus Appius, amicus tuus, uti solebat, agnoscere; non habeo denique nauci Marsum augurem, non vicanos haruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum; non enim sunt ii aut 5 scientia aut arte divini, sed

superstitiósi vates ínpudentesque hárioli
aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt viam;
quíbus divitias póllicentur, áb iis drachumam ipsí 10
petunt.
de hís divitiis síbi deducant dráchumam, reddant cétera.

atque haec quidem Ennius, qui paucis ante versibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus. ego autem, qui et curare arbitror et monere 15 etiam ac multa praedicere, levitate, vanitate, malitia exclusa divinationem probo. quae cum dixisset Quintus, Praeclare tu quidem, inquam, paratus . . .

2 Fest. 166, 11 ‖ 13 Cic. Div. II 104 ‖ 15 Acc. Antig. 142sq.; Verg. Aen. IV 371sq.

1 quaestus *ex* -os **A** | hariolantur *Rath ex* solebat (*lin. 2*) | ne **O** nec *codd. potior.* ‖ 3 habeo denique nauci **O** ab eodem sanci **AVP** ab eodem sanxi (*ex* sancti **B***;* sancxi **F**) **MBF** habeo dein nauci *Davies* non habeo — augurem *ut versum, cui duae syllabae ab initio deerant, edid. Aldus Nepos. Ennianos vv.* non habeo — arte divini *esse put. G. I. Vossius* (*Ad fragm. trag., p. 28*) ‖ 4 isiagos *corr. in* -cos **B** ‖ 5 hi **AVMP** ‖ 7—12 *Enn. Scaen. 319—323: 'Telamoni' trib. Vahlen, auctoritate Cic. Nat. deor. III 79 et Div. II 104 nisus; utrum Ennio an Ciceroni illud* sed *tribuend. sit dubitat Ribbeck, Ciceroni dedit Baiter, Ennio Christ* ‖ 10 iis *Lambinus* his *codd.* | draguman *corr. in* -gmam (*ita in v. seq.*) **B** dracmam **AP** dragmam *cett. codd.* ‖ 12 drachumam, hu *exp. m. alt.* **V** ‖ 13 *Enn. Scaen. 316sq.* ‖ 14 *de hac sententia cf. Usener*[1] *p. 241sqq.* | qui **V** ‖ 16 exclusam, m *exp.* **B** exclusa (*lin. sup.* a *add.* **V**) **MV** exclusam **AF** ‖ 18 parate *Alanus* | *perpauca tantum deesse videntur, si cf. Div. II 150 nec non Cic. Fin. I 21, IV 28, V 32. de huius libri extremis verbis imperfecte relictis vel corruptis cf. Sander*[1] *p. 5sq.*

DE DIVINATIONE

LIBER SECVNDUS

Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti, quanam 1 1
re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere rei publicae, nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus; quod
5 compluribus iam libris me arbitror consecutum. nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius, et, quod genus philosophandi minime adrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur, quattuor Academicis libris
10 ostendimus. cumque fundamentum esset philosophiae 2
positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut, quid a quoque, et quid contra quemque philosophum diceretur, intellegi posset. totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum res
15 ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. primus enim est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, de aegritudine lenienda tertius, quartus de reliquis animi perturbationibus, quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime inlustrat; do-
20 cet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa esse con-

M̃ (M. **V**) TVLLII CICERONIS LIB̃ (LIBER **B**) I (PRIMVS **B**) EXPLICITVS (EXPLICIT **B** DE DIVINATIONE LIB̃ I EXPLICITVS **V**) INCIP̃ (INC̃ **V** INCIPIT **B**) LIBER II (SECVNDVS **V** *post* II *add.* FELICITER **B**) **ABV** M. TVLLI ·C· De divinatione liber I explicit incipit II **H** M̃. TVLLII CICERONIS LIBER I DE DIVINATIONE EXPLICIT INCIPIT II **M** M̃ TVLLI CICERONIS LIB̃ PRIM̃ EXPLIC̃ INCIPIT LIBER II **F** *subscriptione prioris et inscriptione secundi libri vacat* **P** ‖ **6** quo hortati (*corr. in* coho- **M**) **AM** | philosophie *ex* -phi **V** ‖ **14** libris **H** | disputationum *ex* -em **V** ‖ **15** beatum *corr. in* -te **V**

3 tentam. quibus rebus editis tres libri perfecti sunt de natura deorum, in quibus omnis eius loci quaestio continetur. quae ut plane esset cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere; quibus, ut est in animo, de fato si adiunxerimus, erit abunde satis factum 5 toti huic quaestioni. atque his libris adnumerandi sunt sex de re publica, quos tum scripsimus, cum gubernacula rei publicae tenebamus: magnus locus philosophiaeque proprius a Platone, Aristotele, Theophrasto totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. nam quid ego de 10 Consolatione dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur, ceteris item multum illam profuturam puto. interiectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de senectute misimus; in primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, Cato noster in 15
4 horum librorum numero ponendus est. cumque Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem librorum numerum referendi videntur. ita tres erunt de ora- 20 tore, quartus Brutus, quintus orator.

2 Adhuc haec erant; ad reliqua alacri tendebamus animo sic parati, ut, nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis litteris inlustratus pateret. quod enim munus rei publicae 25 adferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem, his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refre-
5 nanda ac coercenda sit? nec vero id effici posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut omnes adules- 30

1 quibus libris *Davies ex aliquot codd.* **O**; *sed cf. Cic. Leg. II 18, Brut. 20* (*ubi* edere *idem valet quod* proferre *vel* exponere) quibus editis (*om.* rebus) *Ernesti* || **2** omnis *om.* **H** || **3** plane *corr. in* ple- (*mg.* plane *m. alt.*) **V** || **8** philosophiaque **H** || **11** quae quoniam mihi *Plasberg* || **12** item] autem *Davies* || **15** fortis *corr. in* -tasis **V** || **18** tum] cum **BHF** || **19** librorum *om. Orelli* || **24** putaremus **V** || **25** quid *corr. in* quod **M** || **28** opibus *ex* opus **A** || **29** ac] atque *Ven.* ac *ex* hac **V**; *de* ac *quod excipit verbum a gutturis litt. incipiens cf. Cic. Lucull. 34*

centes se ad haec studia convertant. pauci utinam! quorum tamen in re publica late patere poterit industria. equidem ex iis etiam fructum capio laboris mei, qui iam aetate provecti in nostris libris adquiescunt; quorum stu-
5 dio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur; quos quidem plures, quam rebar, esse cognovi. magnificum illud etiam Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant; quod adse- 6 quar profecto, si instituta perfecero. ac mihi quidem expli-
10 candae philosophiae causam attulit casus gravis civitatis, cum in armis civilibus nec tueri meo more rem publicam nec nihil agere poteram nec quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem reperiebam. dabunt igitur mihi veniam mei cives vel gratiam potius habebunt, quod,
15 cum esset in unius potestate res publica, neque ego me abdidi neque deserui neque adflixi neque ita gessi, quasi homini aut temporibus iratus, neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret. id enim ipsum a Platone philosophiaque didi-
20 ceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. quod cum accidisset nostrae rei 7 publicae, tum pristinis orbati muneribus haec studia renovare coepimus, ut et animus molestiis hac potissimum
25 re levaretur et prodessemus civibus nostris, qua re cumque possemus. in libris enim sententiam dicebamus, contionabamur, philosophiam nobis pro rei publicae procuratione substitutam putabamus. nunc quoniam de re publica consuli coepti sumus, tribuenda est opera rei publicae, vel

4—6 Non. 265, 30 (quorum — incitatur) || **9** Minuc. 10, 4 || **19** Plat. Rep. 545c—d; 546a; Cic. Rep. I 65—69

2 potuit **H** || **3** ex his *codd.* | qui *corr. in* quia **V** || **4** adquiescunt *ex* -ant **B** || **5** meum] non *Nonius* || **6** citant *Nonius* (suscitant *cod. Lugdun.*), *ubi* citat *legend. videtur* || **10** philosophia **B** || **13** agerem *Asc. 1521* -re *codd.* || **18** adadmiratus (*pr.* ad *del.* **V**) **AV** | sum] suam (a *del.* **V**) **AV** | meae] mei *Gruter* || **19** id enim] idem ita **H** || **21** hae *ex* eae **VH** | apostolis *corr. in* a populis **H** || **24** animis (*corr. in* -us) molestiis (a *sup. praemis.*) **H** || **29** coeptimus, t *del.* **V**

omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda, tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere. sed haec alias pluribus; nunc ad institutam disputationem revertamur.

3 8 Nam cum de divinatione Quintus frater ea disseruisset, quae superiore libro scripta sunt, satisque ambulatum videretur, tum in bibliotheca, quae in Lycio est, adsedimus. atque ego: Adcurate tu quidem, inquam, Quinte, et Stoice Stoicorum sententiam defendisti, quodque me maxime delectat, plurimis nostris exemplis usus es, et iis quidem claris et inlustribus. dicendum est mihi igitur ad ea, quae sunt a te dicta, sed ita, nihil ut adfirmem, quaeram omnia, dubitans plerumque et mihi ipse diffidens. si enim aliquid certi haberem, quod dicerem, ego ipse divi-9 narem, qui esse divinationem nego. etenim me movet illud, quod in primis Carneades quaerere solebat, quarumnam rerum divinatio esset: earumne, quae sensibus perciperentur? at eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. num quid ergo in his rebus est, quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus? aut num nescio qui ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit, quae alba sint, quae nigra, dicere aut, si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere? ad nullam igitur earum rerum, quae sensu accipiuntur, divinatio adhibetur. atqui ne in iis quidem rebus, quae arte tractantur, divinatione opus est. etenim ad aegros non vates aut hariolos, sed medicos solemus adducere, nec vero, qui fidibus aut tibiis uti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a musi-10 cis. eadem in litteris ratio est reliquisque rebus, quarum est disciplina. num censes eos, qui divinare dicuntur, posse

3 nunc *supadd. m. alt.* **B** || **6** libro *supscr.* loco **V** || **10** iis *Ven.* his *codd.* || **13** ipsi **M** || **17** nam *supadd.* **A** | earumneque (*sup. corr. in* quae **A**) **HA** || **20** praenotione *Camerarius* || **21** num *om. Lambinus* | at nescio *Sturm* ut nescio *Hottinger Schellerum secutus* | ille] ullus *Rath* || **22** possitquae (a *del.*) alba (*alt.* a *del., miro errore*) **B** || **24** modus **B** | ad – prudentia (*p. 81,* **19**) *habet* **R** || **25** is **A** his **BFMPR** || **28** uti *supadd.* **B**

respondere, sol maiorne quam terra sit an tantus quantus
videatur? lunaque suo lumine an solis utatur? sol, luna
quem motum habeat? quem quinque stellae, quae errare
dicuntur? nec haec, qui divini habentur, profitentur se
5 esse dicturos, nec eorum, quae in geometria describuntur,
quae vera, quae falsa sint; sunt enim ea mathematicorum,
non hariolorum.

De illis vero rebus, quae in philosophia versantur, num 4
quid est, quod quisquam divinorum aut respondere so-
10 leat aut consuli, quid bonum sit, quid malum, quid neu-
trum? sunt enim haec propria philosophorum. quid? de 11
officio num quis haruspicem consulit, quem ad modum
sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis vivendum?
quem ad modum utendum pecunia, quem ad modum ho-
15 nore, quem ad modum imperio? ad sapientes haec, non
ad divinos referri solent. quid? quae a dialecticis aut phy-
sicis tractantur, num quid eorum divinari potest? unusne
mundus sit an plures, quae sint initia rerum, ex quibus
nascuntur omnia: physicorum est ista prudentia. quo mo-
20 do autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissol-
vas aut quem ad modum soriti resistas (quem, si necesse
sit, Latino verbo liceat acervalem appellare; sed nihil
opus est; ut enim ipsa philosophia et multa verba Grae-
corum, sic sorites satis Latino sermone tritus est): ergo
25 haec quoque dialectici dicent, non divini. quid? cum quae-
ritur, qui sit optimus rei publicae status, quae leges, qui
mores aut utiles aut inutiles, haruspicesne ex Etruria

1 sit an tus (*supadd.* tan) **B** sit antus (*supadd.* tan) **V** sitantus **P** || **3** habeant (*ex* -at **B**) **HFB** || **5** eorum qui **R** | eorumque (*corr. in* qui) in geometriam (m *del.*) **B** || **6** ea *ex* e **B** ea *om.* **V** || **9** solebat, b *exp.* **B** || **13** amicis] ceteris **R** || **14** utendum pec. quem ad modum *om.*, *add. mg.* **B** || **16** aut a **V** || **17** quid eorum (*eras. una litt. ante* e) **A** quid deorum **P** quis deorum **V** quis (*supadd.* **B**) eorum **MRB** | divinare *ex* -ri **V** || **19** est] est et **H** || **20** autementientem **PO** (autem mentientem *Ald.1523*) aut (ut **H**) mentientem **ABFMH** aut non mentientem **V** | pseudomenon (seud- **B**) *codd.* || **21** soritesistas (*sup. pr.* i *scr.* ./·, *mg.* ./· t *vel* r *correct.*, *quasi* sorti tesistas *vel* sori resistas *legere vellet*) **V** sorti (*corr. in* soriti) res. **B** soritires istas *m. pr.* **A** | quam *corr. in* quem **B** || **23** et *om.* **V** || **25** divine **V** | qui *ex* quid **B** || **27** aut inutiles *supadd. m. alt.* **B** | ruria, *sup. pr.* r *add.* et, *quod mg. iterav.*, **V**

arcessentur, an principes statuent et delecti viri periti
12 rerum civilium? quodsi nec earum rerum, quae subiectae
sensibus sunt, ulla divinatio est nec earum, quae artibus
continentur, nec earum, quae in philosophia disseruntur,
nec earum, quae in re publica versantur, quarum rerum 5
sit, nihil prorsus intellego; nam aut omnium debet esse,
aut aliqua ei materia danda est, in qua versari possit. sed
nec omnium divinatio est, ut ratio docuit, nec locus nec
materia invenitur, cui divinationem praeficere possimus.
5 Vide igitur, ne ulla sit divinatio. est quidam Graecus 10
vulgaris in hanc sententiam versus:

Bene quí coniciet, vátem hunc perhibebo óptumum.

num igitur aut, quae tempestas impendeat, vates melius
coniciet quam gubernator, aut morbi naturam acutius
quam medicus, aut belli administrationem prudentius 15
quam imperator coniectura adsequetur?
13 Sed animadverti, Quinte, te caute et ab iis coniecturis,
quae haberent artem atque prudentiam, et ab iis rebus,
quae sensibus aut artificiis perciperentur, abducere divi-
nationem eamque ita definire: divinationem esse earum 20
rerum praedictionem et praesensionem, quae essent
fortuitae. primum eodem revolveris. nam et medici et
gubernatoris et imperatoris praesensio est rerum fortui-
tarum. num igitur aut haruspex aut augur aut vates quis
aut somnians melius coniecerit aut e morbo evasurum 25
aegrotum aut e periculo navem aut ex insidiis exercitum

12 Eurip. Hel. 757sqq.; Theocr. 21, 32sq.; Cic. Att. VII 13, 4; Appian. Bell. civ. II 153; Plut. Mor. 399a; Greg. Naz. Orat. V 23; Socr. Hist. eccl. III 23

1 dilecti (*corr. in* de- **B**) **PB** || 2 ne **V** || 9 possumus **H** || 10 ne ulla (*corr. in* nul-) **B** an ulla (*mg.* nulla *m. alt.*) **V** | quidem *Klotz* | Graecus *om.* **V** Graecis *Davies* || 12 *T. G. F.*[2] *973: Euripidi tribuer. Plut. Defect. orac. 40 et Arr. Anab. VII 16, 6, Menandro Schol. Aristid. 403* (*frg. inc. 941 Körte*). *de hoc v. cf. Pease p. 369* | conicit **H** || 13 vatis **ABHFP** (*ita in lin. 24 codd.* **AP** *soli*) || 17 is **A** his *cett. codd.; ita in lin. 18, praeter* is *supscr.* ab h **A** | coniectoris *corr. in* -turis **BVM** || 19 adducere **A** || 20 difinire (diffi- **H**) **BH** || 22 fortuito **V** | et[1] *supadd.* **B** || 23 rerum] rerum praeditionem (*exp.*) **A** || 26 ex *supadd.* **A**

quam medicus, quam gubernator, quam imperator? atqui 14
ne illa quidem divinantis esse dicebas, ventos aut imbres
impendentes quibusdam praesentire signis (in quo nostra
quaedam Aratea memoriter a te pronuntiata sunt), etsi
5 haec ipsa fortuita sunt; plerumque enim, non semper eve-
niunt. quae est igitur aut ubi versatur fortuitarum rerum
praesensio, quam divinationem vocas? quae enim prae-
sentiri aut arte aut ratione aut usu aut coniectura pos-
sunt, ea non divinis tribuenda putas, sed peritis. ita
10 relinquitur, ut ea fortuita divinari possint, quae nulla
nec arte nec sapientia provideri possunt, ut, si quis
M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante
dixisset naufragio esse periturum, divinasset profecto;
nulla enim arte alia id nec sapientia scire potuisset. ta-
15 lium ergo rerum, quae in fortuna positae sunt, praesensio
divinatio est.

6 Potestne igitur earum rerum, quae nihil habent ra- 15
tionis, quare futurae sint, esse ulla praesensio? quid est
enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus,
20 nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel aliter cadere
atque evenire potuerit? quo modo ergo id, quod temere
fit caeco casu et volubilitate fortunae, praesentiri et prae-
dici potest? medicus morbum ingravescentem ratione 16
providet, insidias imperator, tempestates gubernator; et
25 tamen ii ipsi saepe falluntur, qui nihil sine certa ratione
opinantur; ut agricola, cum florem oleae videt, bacam
quoque se visurum putat, non sine ratione ille quidem; sed
non numquam tamen fallitur. quodsi falluntur ii, qui
nihil sine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt,

5 plerumque — posse casu (*p. 99, 14*) *om.* **V** ‖ **6** aut] et **L** ‖ **9** divis *corr. in* -vinis **H** | ita — ipsum (*p. 85, 13*) *habet* **R** | ita] ita ergo **R** ‖ **11—13** si quis casum cuipiam ante dixisset quendam passurum divinasset, *verbis omnino retractat.* **R** ‖ **12** multos (*corr. in* -tis) annos (*corr. in* -is) **A** ‖ **17** earum (*exp.*) igitur earum **B** ‖ **18** quae *corr. in* quare *m. alt.* **B** | quid *ex* quod **F** quod **B** ‖ **20** vel *om.* **BFR** | *ante* vel aliter *add.* non cadere atque evenire **LO**, *quae suspecta iam Grutero videbantur* | caderet **BR** ‖ **21** atque] atque ita **R** ‖ **22** mobilitate *Gulielmius* ‖ **23** ingruescentem *corr. in* ingraue- **R** ‖ **24** provídet *ex* pre- **R** ‖ **25** hi *codd.* | certa *supadd. m. alt.* **B** ‖ **26** ut *eiec. Davies* ‖ **28** ii *Ven.* hi *codd.*

quid existimandum est de coniectura eorum, qui extis aut avibus aut ostentis aut oraclis aut somniis futura praesentiunt? nondum dico, quam haec signa nulla sint, fissum iecoris, corvi cantus, volatus aquilae, stellae traiectio, voces furentium, sortes, somnia; de quibus singulis dicam 5
17 suo loco; nunc de universis. qui potest provideri quicquam futurum esse, quod neque causam habet ullam neque notam, cur futurum sit? solis defectiones itemque lunae praedicuntur in multos annos ab iis, qui siderum motus numeris persequuntur; ea praedicunt enim, quae naturae 10 necessitas perfectura est. vident ex constantissimo motu lunae, quando illa e regione solis facta incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit, quandoque eadem luna subiecta atque opposita soli nostris oculis eius lumen obscuret, quo in signo 15 quaeque errantium stellarum quoque tempore futura sit, qui exortus quoque die signi alicuius aut qui occasus futurus sit. haec qui ante dicunt, quam rationem sequantur, vides.

7 18 Qui thesaurum inventum iri aut hereditatem venturam dicunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura inest id 20 futurum? quodsi haec eaque, quae sunt eiusdem generis, habent aliquam talem necessitatem, quid est tandem, quod casu fieri aut forte fortuna putemus? nihil enim est tam contrarium rationi et constantiae quam fortuna, ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu 25

12 Cic. Rep. I 22; Nat. deor. II 103; Amm. Marc. XX 3, 8; Boeth. Cons. IV metr. 5, 7 sq. || **23** Plaut. Bacch. 916; Mil. 287; Ter. Eun. 134; 568; Apul. Met. X 5; Iul. Val. III 18; cf. etiam Ter. Phorm. 841; Hec. 386

9 iis *Lambinus* his *codd.* | *post* siderum *add.* cursus et **O**, *Ven.* || **11** ex] quam **R** || **12** illa] recta *Rath* illa *ex* ille **B** | e *supadd.* **B** || **13** quae est meta noctis *delend. put. Thoresen* || **14** sit] est **FR** || **15** obscurat, at *in ras. scr.* **A** || **16** quidque *corr. in* quoq- **B** | tempore *ex* -ra **B** || **17** exortas *corr. in* -us **B** | signi *ex* -na **B** || **18** vides] manifestum est **R** || **19** quid, d *exp.* **B** | inventum iri *Lambinus* inventurum *codd.*, *def. Gulielmius,* aliquem *vel* alicuius *subaudiens* inveniendum *Davies* (*1721*) *ex Cantabr. et Reg.* || **21** ea qu(a)eque (*corr. in* eaque quae *m. alt.* **AM**) *codd. praeter* **P**, *qui rectam lect.* (aeaque quae *scr.*) *trad.* || **22** talem] tamen *Davies* || **23** forte *om.* **H**

et fortuito futurum sit. si enim scit, certe illud eveniet; sin certe eveniet, nulla fortuna est; est autem fortuna; rerum igitur fortuitarum nulla praesensio est. aut si negas **19** esse fortunam, et omnia, quae fiunt quaeque futura sunt, 5 ex omni aeternitate definita dicis esse fataliter, muta definitionem divinationis, quam dicebas praesensionem esse rerum fortuitarum. si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore, quae potest esse fortuna? qua 10 sublata qui locus est divinationi, quae a te fortuitarum rerum est dicta praesensio? quamquam dicebas omnia, quae fierent futurave essent, fato contineri. anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; de quo alias; nunc 15 quod necesse est.

8

Si omnia fato, quid mihi divinatio prodest? quod enim 20 is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est, ut ne illud quidem sciam quale sit, quod Deiotarum, necessarium nostrum, ex itinere aquila revocavit; qui nisi revertisset, 20 in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxuma nocte corruit; ruina igitur oppressus esset. at id neque, si fatum fuerat, effugisset nec, si non fuerat, in eum casum incidisset. quid ergo adiuvat divinatio? aut quid est, quod me moneant aut sortes aut exta aut ulla praedictio? si 25 enim fatum fuit classes populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram a Poenis depressam interire, etiamsi tripudium solistumum pulli fecissent L. Iunio et P. Claudio consulibus, classes tamen interissent. sin,

1 et] aut **BR** ‖ **3** si *supadd.* **B** ‖ **6** divinationis *ex* -es **A** ‖ **9** quia, i *eras.* **P** ‖ **10—11** locus est — rerum est *om., add. mg. m. alt.* **B** | a te *om.* **R** ‖ **11—12** quamquam — contineri *om.* **R** ‖ **12** et *om.* **R** ‖ **18** familiarem et necessarium *Davies coll. Cic. Sull. 1, 2* ‖ **23** me adiuvat *Herelius; recte Cic. Nat. deor. III 14 oppos. Ax* ‖ **25** fatum *ex* factum **B** ‖ **26** alteram[1]] altero **B** | a *om.* **L** ‖ **28** *de* et *usu in consulum nominibus coniungendis cf. Cic. Lael. 96, Brut. 72 et 109 (etiam 224), Lucull. 137 (contra Div. II 71, ubi iidem consules nominantur); de quo cf. Stangl p. 499; Bacherler p. 47 sq.* | clodio *codd.; cf. Div. I 29 et II 71* | eorum *pro* consulibus (coš) *scr.* **P** | classes *ex* -is **B** classis **HP**

cum auspiciis obtemperatum esset, interiturae classes non fuerunt, non interierunt fato; vultis autem omnia fato;
21 nulla igitur est divinatio. quodsi fatum fuit bello Punico secundo exercitum populi Romani ad lacum Trasumennum interire, num id vitari potuit, si Flaminius consul 5 iis signis iisque auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, paruisset? [certe potuit.] aut igitur non fato interiit exercitus (mutari enim fata non possunt) aut, si fato (quod certe vobis ita dicendum est), etiamsi obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset. ubi est igitur ista 10 divinatio Stoicorum? quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est; sin autem id potest flecti, nullum est fatum; ita ne divinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est. nihil autem est 15 pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat.

9
22 Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. quae enim vita fuisset Priamo, si ab adulescentia scisset, quos eventus senectutis esset 20 habiturus? abeamus a fabulis, propiora videamus. clarissimorum hominum nostrae civitatis gravissimos exitus in Consolatione conlegimus. quid igitur? ut omittamus superiores, Marcone Crasso putas utile fuisse tum, cum maxumis opibus fortunisque florebat, scire sibi interfecto Pu- 25 blio filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum? an Cn. Pompeium

18 Cic. Nat. deor. III 14; Div. II 54

2 evenire *post* autem *ponend. coni. Lambinus coll. Div. II 24* | fato] a fato **BF** | vultis — fato *om.* **P** || **4** si fuit *ante* secundo *iterav.* **A** | trans (n *exp.*) sumennum **A** trassumen (*inde eras. trib. litt.* **B**) **FMB** || **6** his . . . hisque (usque **P**) *codd.* || **7** certe potuit *cancell. inclus. editt.* (*praeter Axium*) certe non potuit *Pearce* || **8** mutari — possunt *post* eventurum fuisset *colloc. Müller* | facta, c *del.* **H** || **10** eventurum fuit *Madvig, contra Müller* eventurum fuisse *Weidner* || **10—19** ubi — scientiam *habet* **R** | ista *om.* **FR** || **12** tutiores *Davies* | quoquo **HP** quoque *cett. codd.* || **13** tamen *om.* **R** || **14** est *supadd.* **A** || **21** propriora **ABHP** || **23** superioris **ABFP** || **27** C· N· pompeium **AHM**

censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maxi-
marum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret se in soli-
tudine Aegyptiorum trucidatum iri amisso exercitu, post
mortem vero ea consecutura, quae sine lacrimis non
5 possumus dicere? quid vero Caesarem putamus, si divi- 23
nasset fore ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse
cooptasset, in curia Pompeia ante ipsius Pompei simu-
lacrum tot centurionibus suis inspectantibus a nobilissu-
mis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis,
10 trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo ami-
corum, sed ne servorum quidem quisquam accederet,
quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? certe igitur
ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia.
nam illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo 24
15 potest: non isset ad arma Pompeius, non transisset Cras-
sus Euphratem, non suscepisset bellum civile Caesar. non
igitur fatalis exitus habuerunt; vultis autem evenire
omnia fato; nihil ergo illis profuisset divinare; atque etiam
omnem fructum vitae superioris perdidissent; quid enim
20 posset iis esse laetum exitus suos cogitantibus? ita, quo-
quo sese verterint Stoici, iaceat necesse est omnis eorum
sollertia. si enim id, quod eventurum est, vel hoc vel illo
modo potest evenire, fortuna valet plurimum; quae autem
fortuita sunt, certa esse non possunt. sin autem certum
25 est, quid quaque de re quoque tempore futurum sit, quid

2 rerum *om.* **BF** | scisset *Lambinus; cf. vero Kühner-Stegmann, Ausführl. Gramm.*[2] *II, p. 406* ‖ **3** *post* Aegyptiorum *lacunam coni. et suppl.* spadonum manu *Rath; Davies contra* in celoce Aegyptia tandem trucid. (*coll. Non. 532, 24*) *vel* in solit. a spadone Aegyptio demum trucid. *propos. ex Lactantii* (*Inst. VI 6, 17*), *Firmici Mat.* (*Math. I 3*), *Senecae* (*Epist. 4, 7*) *et Amm. Marcellini* (*XIV 11, 32*) *traditione* ‖ **6** in *om.* **B** ‖ **7** cooptasset *corr. in* coa- **M** coaptasset **H** | pompeii **HP** ‖ **8** spectantibus **P** ‖ **9** ordinatis **BFM** orbatis *corr. in* orna- **H** ‖ **11** nec **BF** ‖ **12–13** certe ignoratio (*om.* igitur) — scientia *habet* **R** ‖ **16** eufraten **FM** ‖ **19** — p. 89, **9** quid — haberemus *habet* **R** *nonnullis omiss.* ‖ **20** possit **ABFMPR** | iis **H** his *cett. codd.* | quoque **AP** ‖ **20–22** ita quoquo — sollertia *om.* **R** ‖ **21** verterunt **HP** ‖ **22** id *om.* **R**

est, quod me adiuvent haruspices, cum res tristissimas portendi dixerunt?

10 25 Addunt ad extremum omnia levius casura rebus divinis procuratis; si enim nihil fit extra fatum, nihil levari re divina potest. hoc sentit Homerus, cum querentem Iovem 5 inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus:

quod fóre paratum est, íd summum exsuperát Iovem.

totum omnino fatum etiam Atellanio versu iure mihi esse 10 inrisum videtur; sed in rebus tam severis non est iocandi locus. concludatur igitur ratio: si enim provideri nihil potest futurum esse eorum, quae casu fiunt, quia esse certa non possunt, divinatio nulla est; sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt et fatalia, rursus divi- 15 natio nulla est; eam enim tu fortuitarum rerum esse dice-

5 Hom. Il. XVI 431 sqq.

1 adiuvent *ex* -et **M** adiuvet **ABFPR** | haruspicis (*corr. in* -ces **P**) **AP** | haruspices cum res *codd.; recte mea sententia* (*ita iam Christ*), *si cf. Div. II 24* nihil ergo illis profuisset divinare . . . quid enim posset iis esse laetum exitus suos cogitantibus? (*cf. etiam Div. II 54* ea quae cavere nequeamus) | haruspices? qui cum *Müller* quod cum *Madvig* | protendi **FR** || **2** dixerint (*ex* -runt **B**) **FMRB** | *post* dixerint *scr.* ad haec inquiunt omnia levius **R** || **4** si enim *codd.:* enim *aut delend.* (*Davies*), *aut eius in vicem reponend.* vero (*Lambinus*), autem (*Davies*), sin (*Pease*); *Pearce contra ante* si enim *excidisse* male (*ita Ernesti*) *put.*, *sed* enim *non Stoicorum argumenta confirmat sed potius idem valet quod* re vera, *ironice dictum in Stoicorum sententias; cf. etiam l. 12* || **4.5** levare divinatio *Ven.* || **5—12** hoc sentit — locus *om.* **R** || **7** *de tempore imperfecto* posset, *quod praesens* (querentem, inducit) *consequitur, cf. Cic. Sext. Rosc. 92* (*etiam Plaut. Aul. 550*); *de quo disput. Hofmann, Lat. Synt. und Stil., p. 703* || **9** *Graecum exemplar non est traditum* | quod sorte *Klotz* || **10** *Atellanius versus, cuius singula verba Cicero ob plebeium sordidumque sermonem proferre aspernatur, non exstat* (*cf. Ribbeck, C. R. F.*[3], *inc. nom. rel., frg. X, p. 335*) | fatem (*corr. in* -um) atel. verso (*corr. in* -su) **A** || **12** igitur *om.* **LO** || **15** certe (*corr. in* -ta **M**) **BFRM** || **16** eam — dicebas *om.* **R**

bas. sed haec fuerit nobis tamquam levis armaturae prima 26
orationis excursio; nunc comminus agamus experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuae.

Duo enim genera divinandi esse dicebas, unum arti- **11**
5 ficiosum, alterum naturale; artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; naturale, quod animus adriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos aut acceptos aut libatos haberemus. artificiosa divinationis illa fere genera
10 ponebas: extispicum eorumque, qui ex fulgoribus ostentisque praedicerent, tum augurum eorumque, qui signis aut ominibus uterentur, omneque genus coniecturale in hoc fere genere ponebas. illud autem naturale aut conci- 27
tatione mentis edi et quasi fundi videbatur aut animo per
15 somnum sensibus et curis vacuo provideri. duxisti autem divinationem omnem a tribus rebus, a deo, a fato, a natura. sed tamen cum explicare nihil posses, pugnasti commenticiorum exemplorum mirifica copia. de quo primum hoc libet dicere: hoc ego philosophi non esse arbi-
20 tror, testibus uti, qui aut casu veri aut malitia falsi fictique esse possunt; argumentis et rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non eventis, iis praesertim, quibus mihi liceat non credere.

Ut ordiar ab haruspicina, quam ego rei publicae causa **12** 28
25 communisque religionis colendam censeo – sed soli sumus; licet verum exquirere sine invidia, mihi praesertim de plerisque dubitanti –, inspiciamus, si placet, exta primum. persuaderi igitur cuiquam potest ea, quae significari dicuntur extis, cognita esse ab haruspicibus observatione

1 Cic. in Caecil. 47; Brut. 139; Aug. c. Acad. III 7, 15

1.2 prima orationis *del. Thoresen* ‖ **8** aut acceptos *glossema habuit Rath* aut decerptos *Seyffert coll. Cic. Tusc. V 38* ‖ **8.9** animos illustratos haberemus **R** ‖ **9** artificiosae **H** ‖ **10** fulguribus (*corr. in* fulgo- **B**) **MB** | hostisque *corr. in* hostenti- **A** ‖ **12** omnibus **P** hominibus *corr. in* omi- **ABH** | coniecturae *corr. in* -rale **A** ‖ **15** somnum **O**, *Ven.* somnium *codd.* ‖ **20** factique **B** ‖ **22** his *codd.*, *corr. Lambinus* ‖ **24** ordiar *ex* -or **A** ‖ **28** persuadere *corr. in* -ri **A** ‖ **29** ab *om.* **O**

diuturna? quam diuturna ista fuit? aut quam longinquo tempore observari potuit? aut quo modo est conlatum inter ipsos, quae pars inimica, quae pars familiaris esset, quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet? an haec inter se haruspices Etrusci, Elii, Aegyptii, 5 Poeni contulerunt? at id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest; alios enim alio more videmus exta interpretari, nec esse unam omnium disciplinam.

29 et certe, si est in extis aliqua vis, quae declaret futura, necesse est eam aut cum rerum natura esse coniunctam 10 aut conformari quodam modo numine deorum vique divina. cum rerum natura, tanta tamque praeclara in omnes partes motusque diffusa, quid habere potest commune non dicam gallinaceum fel (sunt enim, qui vel argutissima haec exta esse dicant), sed tauri opimi iecur aut cor aut 15 pulmo quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit?

18 30 Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus, quo genere nihil adrogantius:

> quód est ante pedes, némo spectat, caéli scrutantúr plagas. 20

18 Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 138 || **20—21** Plat. Theaet. 174a (= Iambl. Protrept. 14); Varr. Menipp. 233; Cic. Rep. I 30; Tusc. V 114; Aetna 255 sqq.; Sen. Apocol. 8, 3; Plin. Nat. hist. XVIII 253; Minuc. 12, 7; Tertull. ad Nat. II 4; An. 6; Hippol. Philos. I 1 (= Doxogr. Gr. p. 555); Diog. Laert. I 34 et VI 28; Epistol. Gr. 106; Lucian. Bis accusat. 34; Fab. Aesop. 72; Donat. ad Ter. Ad. 386 sqq.; Aug. Conf. X 25; Ambros. Noe et arca 7, 17; Paul. Nol. Epist. 12, 5; Stob. Ecl. 2, 20. sed cf. Pease p. 397 sq.

1 quam diuturna *om.* **A** || **2** conlatum *Lambinus* conlata *codd.* || **3** inimica **L** inimici *codd.* || **11** numine *Asc. 1521* nomine *codd.* | vique *Asc. 1521* utque **AH** atque **P** atqui (at *et* i *p. corr.; litt. a pr. m. scriptae non leguntur in* **B**) **MFB**; *unde* atqui divinatio cum *Lambinus* atqui cum rerum (*del.* divina) *Davies* at quid divina cum natura (*del.* rerum) *Hottinger* || **16** pulmone **A** | natura tale quod *Klotz* | quo declarare **PO**; *ita Davies, qui haud Tullianum, sed cuiusdam librarii inventum, illud* naturale *habuit* | quid[2]] quod **BF** || **20.21** *Enn. Scaen. 244* (*ex 'Iphigenia': libere sententiam aemulans Eurip. Iph. Aul. 955 sqq.*); *Achilli loquenti trib. ipse Cicero, Rep. I 30* (*sed cf. Vahlen, Enn. poes. reliq. p. 161, qui de hoc v. disseruit in Zeitschr. österr. Gymn. 1871, p. 25 sqq.*) || **20** pedes *corr. in* pes **B**

verum is tamen habitu extorum et colore declarari censet
haec dumtaxat: pabuli genus et earum rerum, quas terra
procreet, vel ubertatem vel tenuitatem; salubritatem
etiam aut pestilentiam extis significari putat. o mortalem
5 beatum, cui certo scio ludum numquam defuisse! huncine
hominem tantis delectatum esse nugis, ut non videret
tum futurum id veri simile, si omnium pecudum exta
eodem tempore in eundem habitum se coloremque con-
verterent! sed si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum
10 atque plenum est, aliae horridum et exile, quid est, quod
declarari possit habitu extorum et colore? an hoc eiusdem 31
modi est, quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum?
qui cum aquam ex puteo vidisset haustam, terrae motum
dixit futurum. parum credo inpudenter, quod, cum factus
15 est motus, dicere audent, quae vis id effecerit; etiamne
futurum esse aquae iugis colore praesentiunt? multa istius
modi dicuntur in scholis, sed credere omnia vide ne non
sit necesse. verum sint sane ista Democritea vera; quando 32
ea nos extis exquirimus? aut quando aliquid eius modi ab
20 haruspice inspectis extis audivimus? ab aqua aut ab igni
pericula monent; tum hereditates, tum damna denuntiant;
fissum familiare et vitale tractant; caput iecoris ex omni
parte diligentissime considerant; si vero id non est inven-
tum, nihil putant accidere potuisse tristius.

14

25 Haec observari certe non potuerunt, ut supra docui. 33
sunt igitur artis inventa, non vetustatis, si est ars ulla
rerum incognitarum; cum rerum autem natura quam

2 non haec *Davies* || 4 puto **AP** puta **H** | extis significari putat *a librariis manasse cens. Gruter* || 5 ludum] iudicium **LO**, *unde* ludicrum *Davies* || 6 tantum *Ernesti* tantum his *Forchhammer, Nord. Tidskr. Filol. 1896, p. 29* || 7 si omnium] omnium cum **L** || 9 pecudes (*corr. in* -is **B**) **AB** || 10 plenum hñt (habent ?) **A** || 12 a te] ante (n *exp.* **A**) **PHA** || 15 est *Rath* esset *codd.* || 18 sint] sit (*corr. in* sint) **A** || 22 hostile *pro* vitale *coni. Hottinger* vitale *glossam esse ad* familiare *pertinentem habuit Kayser. de hac quaestione cf. Pease p. 401, qui unam integramque notionem vocabulis* familiare et vitale *tribuit* || 24 accidere *ex* acce- **A** || 26—p. 92, 21 sunt — appareat *habet* **R** || 26 igitur quaedam artis **R** | non] non autem **R**

cognationem habent? quae ut uno consensu iuncta sit et continens, quod video placuisse physicis, eisque maxume, qui omne, quod esset, unum esse dixerunt, quid habere mundus potest cum thesauri inventione coniunctum? si enim extis pecuniae mihi amplificatio ostenditur idque 5 fit natura, primum exta sunt coniuncta mundo, deinde meum lucrum natura rerum continetur. nonne pudet physicos haec dicere? ut enim iam sit aliqua in natura rerum contagio, quam esse concedo (multa enim Stoici conligunt; nam et musculorum iecuscula bruma dicuntur 10 augeri, et puleium aridum florescere brumali ipso die, et inflatas rumpi vesiculas, et semina malorum, quae in iis mediis inclusa sint, in contrarias partis se vertere, iam nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios, ostreisque et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter cres- 15 cant pariterque decrescant, arboresque ut hiemali tempore cum luna simul senescente, quia tum exsiccatae 34 sint, tempestive caedi putentur. quid de fretis aut de marinis aestibus plura dicam? quorum accessus et recessus lunae motu gubernantur. sescenta licet eiusdem modi pro- 20 ferri, ut distantium rerum cognatio naturalis appareat) — demus hoc; nihil enim huic disputationi adversatur;

3 Stoic. Vet. Frag. II 1211; Aët. Plac. I 5 (= Dox. Gr. p. 291 sq.); Cic. Acad. II 118 || **10** sqq. Plin. Nat. hist. XI 196; XVIII 227; Gell. IX 7 || **16** sq. Theophr. Hist. plant. V 1, 3; Cat. Agr. 31, 2 et 37, 4; Varr. R. r. I 37, 1; Cic. Acad. II frg. 2 (p. 20, 15 Pl.); Nat. deor. II 95; Plin. Nat. hist. XVI 190 et 193; XVIII 321; Colum. XI 2, 11; Gell. XX 8, 1; Macr. Sat. VI 4, 16; Serv. Dan. ad Verg. Georg. I 256; Cass. Bass. Geopon. III 1, 2

1 cognitionem (*corr. in* cogna- **B**) **AHPB** || **3** *post* quid *add.* denique **R** || **4** cum] quam (*supscr.* cum) **B** || **5** ex extis **L** || **7** phisicis **R** || **9** cognatio (gnatio *in ras. m. alt.*) **A** || **10** dicunt *ex* -tur **A** || **11** pulegium **BF** || **12** his **BFMR** || **13** mediis *om.* **H** || **14** aliis *corr. in* -ios **F** alios **R** || **16** pariterque decrescant *om.* **P** | ut *om.* **R** || **17** senescente *Müller* (*ita iam Madvig, qui tamen* cum *del.*); luna decrescente *scr. Cato, Agr. 31, 2; Plin. Nat. hist. XVI 193* senescentes *codd.* | arboresque hiemali tempore, cum luna senescentes, quia tum exsiccatae sint, caedi (*del.* putentur) *Hottinger* arboresque hiemali tempore cum luna simul senescere, ut, quia tum ... *Rath* || **17. 18** exsicata est intempestive **P** || **21** cognitio **R**

num etiam, si fissum cuiusdam modi fuerit in iecore, lucrum ostenditur? qua ex coniunctione naturae et quasi concentu atque consensu, quam συμπάθειαν Graeci appellant, convenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo
5 aut meus quaesticulus cum caelo, terra rerumque natura?

Concedam hoc ipsum, si vis, etsi magnam iacturam 15 causae fecero, si ullam esse convenientiam naturae cum extis concessero; sed tamen eo concesso qui evenit, ut 35
10 is, qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet? hoc erat, quod ego non rebar posse dissolvi. at quam festive dissolvitur! pudet me non tui quidem, cuius etiam memoriam admiror, sed Chrysippi, Antipatri, Posidoni, qui idem istuc quidem dicunt, quod est
15 dictum a te, ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit. illud vero multo etiam melius, quod et a te usurpatum est et dicitur ab illis: cum immolare quispiam velit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid
20 aut supersit; deorum enim numini parere omnia. haec 36 iam, mihi crede, ne aniculae quidem existimant. an censes, eundem vitulum si alius delegerit, sine capite iecur inventurum; si alius, cum capite? haec decessio capitis aut accessio subitone fieri potest, ut se exta ad immola-
25 toris fortunam accommodent? non perspicitis aleam quandam esse in hostiis deligendis, praesertim cum res ipsa doceat? cum enim tristissuma exta sine capite fuerunt,

13.14 Stoic. Vet. Frag. II 1209

1 num etiam si] cum etiam **H** ‖ **2** quam **BFM** | cognatione **LO** contagione *Klotz* ‖ **3** symp(h)athiam *vel* sim- *codd.* ‖ **10** impetrire *Lambinus* impertire *codd.; cf. Div. I 28* ‖ **14** posidoni *corr. in* possi- **A** possi- **H** -nii *cett. codd.* | qui idem (*om.* posidonii) **P** qui idem (*ex* quidem) **AM** quidem **H** quid est **BF** ‖ **15** diligendam (*corr. in* de- **B**) **AHPB** ‖ **16** toto *Aldus* tota *codd.* ‖ **21** nec (*corr. in* ne **B**) **PB** ‖ **23** inventum iri *Davies,* eiusdem vituli *scr.* ‖ **25—26** non — deligendis *add. mg. m. alt.* **M** ‖ **26** diligendis **ABFP** ‖ **27** tristissuma *cancell. inclus. Hottinger; recte Div. I 99 et II 32, Suet. Iul. 77 oppos. Ax* primae victimae *Madvig* | fuerint **B**

quibus nihil videtur esse dirius, proxuma hostia litatur saepe pulcherrime. ubi igitur illae minae superiorum extorum? aut quae tam subito facta est deorum tanta placatio?

16 Sed adfers in tauri opimi extis immolante Caesare cor non fuisse; id quia non potuerit accidere, ut sine corde victuma illa viveret, iudicandum esse tum interisse cor, **37** cum immolaretur. qui fit, ut alterum intellegas, sine corde non potuisse bovem vivere, alterum non videas, cor subito non potuisse nescio quo avolare? ego enim possum vel nescire, quae vis sit cordis ad vivendum, vel suspicari contractum aliquo morbo bovis exile et exiguum et vietum cor et dissimile cordis fuisse; tu vero quid habes, quare putes, si paulo ante cor fuerit in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interisse? an quod adspexerit vestitu purpureo excordem Caesarem, ipse corde privatus est? urbem philosophiae, mihi crede, proditis, dum castella defenditis; nam, dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis. caput est in iecore, cor in extis; iam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris; deus id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet. non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet, et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur aut in nihilum subito occidat. quis hoc physicus dixit umquam? haruspices dicunt; his igitur quam physicis credendum potius existumas?

1 quibus nihil videtur esse dirius *cancell. inclus. Pease, cum* tristissuma *interpretarentur. sed cf. Deiter*[4] *p. 177; Philippson p. 346* | dirius *Ven.* durius *codd.* || **12** contactum **L** || **13** vietum *corr. in* vige- **B** vigetum **F** vegetum **M** | qui **AH** || **15** aspexit *Ven.; sed* aspexerit (*ita codd.*) *magis idoneum apparet Tulliano sermoni cum Quinti fratris verbis* (*cf. Div. I 119*) *pugnanti* || **19** pervertitis *ex* -tistis **B** || **20** exitis *pr.* i *exp.* **A** | molam *supscr.* in molem **A** | asperseris (as *in ras.*) **A** || **21** excedet **A** || **22** omnium interitus atque obitus *codd.: haec lectio defendi potest, si cf. praec.* eripiet . . . conficiet . . . exedet*; contra* interitus atque ortus (*vel* ortus atque obitus) *in app. coni. Davies ex* oriatur . . . occidat *seq.; de quo cf. Pease p. 416 sq.* || **23** quod *supadd.* **A** | aut[1]] ut (*ex* aut) **B**

17 38 Quid? cum pluribus deis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? quae autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? aut tanta inter eos dissensio, saepe
5 etiam inter proxumos, ut Apollinis exta bona sint, Dianae non bona? quid est tam perspicuum quam, cum fortuito hostiae adducantur, talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia? at enim id ipsum habet aliquid divini, quae cuique hostia obtingat, tamquam in sortibus, quae
10 cui ducatur. mox de sortibus; quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortis conlatione hostiarum. an, cum in Aequimaelium misimus, qui adferat agnum, quem immolemus, is 39 mihi agnus adfertur, qui habet exta rebus accommodata,
15 et ad eum agnum non casu, sed duce deo servus deducitur? nam si casum in eo quoque dicis esse quasi sortem quandam cum deorum voluntate coniunctam, doleo tantam Stoicos nostros Epicureis inridendi sui facultatem dedisse; non enim ignoras, quam ista derideant. et quidem 40
20 illi facilius facere possunt; deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabilis et habitantis tamquam inter duos lucos sic inter duos mundos propter metum ruinarum, eosque habere putat eadem membra, quae nos, nec usum ullum habere membrorum. ergo hic
25 circumitione quadam deos tollens recte non dubitat divinationem tollere; sed non, ut hic sibi constat, item Stoici. illius enim deus nihil habens nec sui nec alieni negotii non

3 primis *ex* -us **A** || **4** aut, a *exp.* **A** || **7** exta — cuique *mg. add. m. alt.* **A** || **8** id *supadd.* **A**, *om.* **L** || **11** hostiarum causam *Christ; sed Pease p. 418 cf. Div. I 118* (cum immolare velis extorum fieri mutatio potest ...) *et II 39* (si casum in eo quoque dicis esse quasi sortem quandam), *ita ut* casum *repetat illud* fortuito *praeced. et ipsum mutationis principium in deligendis hostiis insitum significet* || **13** misimus *corr. in* miti- **A** || **15** agnum non *supadd. m. alt.* **B** | servus *ex* -os **B** || **16** casum *ex* -us **A** casus *cett. codd.; pro genetivo def. Plasberg* || **17** tantum *corr. in* -tam **A** || **21** inducit *Davies* || **22** inter[2]] in (ter *supadd. m. alt.*) **B** || **24** illum (*corr. in* ul- **B**) **APB** | his **P** || **26** idem **P**

potest hominibus divinationem impertire; vester autem deus potest non impertire, ut nihilo minus mundum regat
41 et hominibus consulat. cur igitur vos induitis in eas captiones, quas numquam explicetis? ita enim, cum magis properant, concludere solent: 'si di sunt, est divinatio; 5 sunt autem di; est ergo divinatio.' multo est probabilius: 'non est autem divinatio; non sunt ergo di.' vide, quam temere committant ut, si nulla sit divinatio, nulli sint di. divinatio enim perspicue tollitur, deos esse retinendum est. 10

18
42 Atque hac extispicum divinatione sublata omnis haruspicina sublata est. ostenta enim sequuntur et fulgura. valet autem in fulguribus observatio diuturna, in ostentis ratio plerumque coniecturaque adhibetur. quid est igitur, quod observatum sit in fulgure? caelum in sedecim partes 15 diviserunt Etrusci. facile id quidem fuit, quattuor, quas nos habemus, duplicare, post idem iterum facere, ut ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset. primum id quid interest? deinde quid significat? nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactus- 20 que fulminum extimuissent, credidisse ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem? itaque in nostris commentariis scriptum habemus: 'Iove tonante, fulgurante co-
43 mitia populi habere nefas.' hoc fortasse rei publicae causa constitutum est; comitiorum enim non habendorum cau- 25 sas esse voluerunt. itaque comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optumum auspicium habemus, si sinistrum fuit. sed de auspiciis alio loco, nunc de fulgoribus.

5 Stoic. Vet. Frag. II 1193

1 impertire *corr. in* -ri **B** (*ita in seq. lin.*) impertiri **FM** (*ita in seq. lin.*) || **1—2** vester — impertire *add. mg.* **A** || **3** induitis *corr. in* -citis **AB** inducitis **HF** induistis *corr. in* -citis **M** || **11** atque *supadd.* **B** || **12** fulgora **ABF** || **13** fulgoribus **BF** || **15** fulgore (*ex* -gure **B**) **FB** || **18** venisset (e *praemis. m. alt.*) **B** evenisset *cett. codd.* || **20** homines *Lambinus* | et tonitrua **P** || **26** solorum *Christ* || **28** alio loco] *cf. Div. II 70 sqq.* || **29** fulguribus (*corr. in* -go- **B**) **HMB**

Quid igitur minus a physicis dici debet quam quicquam **19**
certi significari rebus incertis? non enim te puto esse eum,
qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes;
nam esset mirabile, quo modo id Iuppiter totiens iaceret, **44**
5 cum unum haberet; nec vero fulminibus homines, quid
aut faciendum esset aut cavendum, moneret. placet enim
Stoicis eos anhelitus terrae, qui frigidi sint, cum fluere
coeperint, ventos esse; cum autem se in nubem induerint
eiusque tenuissimam quamque partem coeperint dividere
10 atque disrumpere idque crebrius facere et vehementius,
tum et fulgores et tonitrua exsistere; si autem nubium con-
flictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. quod
igitur vi naturae, nulla constantia, nullo rato tempore
videmus effici, ex eo significationem rerum consequen-
15 tium quaerimus? scilicet, si ista Iuppiter significaret, tam
multa frustra fulmina emitteret! quid enim proficit, cum **45**
in medium mare fulmen iecit? quid, cum in altissimos
montis, quod plerumque fit? quid, cum in desertas solitu-
dines? quid, cum in earum gentium oras, in quibus haec
20 ne observantur quidem?

At inventum est caput in Tiberi. quasi ego artem ali- **20**
quam istorum esse negem! divinationem nego. caeli enim
distributio, quam ante dixi, et certarum rerum notatio
docet, unde fulmen venerit, quo concesserit; quid signi-
25 ficet autem, nulla ratio docet. sed urges me meis versibus:

> nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
> ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
> et Capitolinis iniecit sedibus ignis.

tum statua Nattae, tum simulacra deorum Romulusque
30 et Remus cum altrice belua vi fulminis icti conciderunt,

6 monere *Davies, subaudiens 'putare'* ‖ **7** sunt **M** ‖ **11** fulgures **HP** fulgora *Lambinus; sed cf. Div. II 82; Sen. Nat. quaest. II 12, 1; Minuc. 32, 6* ‖ **16** non emitteret **HPO** ‖ **17** iecit, *eras. litt. init.* (e ?) **B** | quid *supadd.* **A** ‖ **18** quod (*corr. in* quid) cum in des. **A** ‖ **24–25** unde — docet *add. mg. m. alt.* **A** ‖ **26** sqq. *cf. Div. I 19* ‖ **29** natae **H** ‖ **30** belua ut fulm. ictu (icti **H**) **POH** (*cf. Div. I 20*), *unde* tum fulm. ictu *coni. Davies*

deque his rebus haruspicum exstiterunt responsa verissu-
46 ma. mirabile autem illud, quod eo ipso tempore, quo fieret indicium coniurationis in senatu, signum Iovis biennio post, quam erat locatum, in Capitolio conlocabatur. 'tu igitur animum induces' (sic enim mecum agebas) 'cau- 5 sam istam et contra facta tua et contra scripta defendere?' frater es; eo vereor. verum quid tibi hic tandem nocet? resne, quae talis est, an ego, qui verum explicari volo? itaque nihil contra dico, a te rationem totius haruspicinae peto. sed te mirificam in latebram coniecisti; 10 quod enim intellegeres fore ut premerere, cum ex te causas unius cuiusque divinationis exquirerem, multa verba fecisti te, cum res videres, rationem causamque non quaerere; quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere, quasi ego aut fieri concederem aut esset philosophi cau- 15
47 sam, cur quidque fieret, non quaerere! et eo quidem loco et Prognostica nostra pronuntiabas et genera herbarum, scammoniam aristolochiamque radicem, quarum causam ignorares, vim et effectum videres.

21 Dissimile totum; nam et prognosticorum causas per- 20 secuti sunt et Boethus Stoicus, qui est a te nominatus, et noster etiam Posidonius, et, si causae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae observari animadvertique potuerunt. Nattae vero statua aut aera legum de caelo tacta quid habent observatum ac vetustum? Pinarii Nat- 25 tae nobiles; a nobilitate igitur periculum. hoc tam callide

21 Stoic. Vet. Frag. III 265

7 frater es] fateris (*in ras.* **B**) **FMB** || **11** praemerem te (-merēte **B**) **BFM** premeret **H** || **13** tecum cum (*supadd.* **B**) **PFB** || **14** non cur fieret *supadd. m. alt.* **B** || **15** esset *ex* esse **B** || **16** quicquam **M** || **17** *cf. Div. I 16* || **18** scammoniae aristolochiaeque *Lambinus* scammoniam arist. radicem *corrupt. habuit Castiglioni* | *post* causam *finit* **H***; in calce f. 78v m. alt. scr. 'reliqua huius libri hic desunt'* || **21** boetheus **P** | a te] ante **L** || **24** statua aut simulacra deorum (*sed* simulacra deorum *in spat. vac. et in ras. m. alt.* **B**) de caelo **FMB** || **25** quid *ex* quod **B** | habent? observatum ac vetustum. *Gulielmius* habent observandum. at vetus, tum Pinarii (vetustarum Pinarii *Pearce*) *Markland*, *Pearce* || **26** et nobilitati *Markland*

Iuppiter excogitavit! Romulus lactens fulmine ictus; urbi igitur periculum ostenditur, ei quam ille condidit. quam scite per notas nos certiores facit Iuppiter! at eodem tempore signum Iovis conlocabatur, quo coniuratio indicaba-
5 tur. et tu scilicet mavis numine deorum id factum quam casu arbitrari, et redemptor, qui columnam illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, sed a deis inmortalibus ad istam horam reservatus est. non equidem plane despero ista esse 48
10 vera, sed nescio et discere a te volo. nam cum mihi quaedam casu viderentur sic evenire, ut praedicta essent a divinantibus, dixisti multa de casu, ut Venerium iaci posse casu quattuor talis iactis, sed quadringentis centum Venerios non posse casu consistere. primum nescio, cur
15 non possint, sed non pugno; abundas enim similibus. habes et respersionem pigmentorum et rostrum suis et alia permulta. idem Carneadem fingere dicis de capite Panisci; quasi non potuerit id evenire casu et non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita! illa
20 enim ipsa efficiuntur detractione, neque quicquam illuc adfertur a Praxitele; sed cum multa sunt detracta et ad liniamenta oris perventum est, tum intellegas illud, quod iam expolitum sit, intus fuisse. potest igitur tale aliquid 49 etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum exstitisse. sed sit
25 hoc fictum; quid? in nubibus numquam animadvertisti leonis formam aut hippocentauri? potest igitur, quod modo negabas, veritatem casus imitari.

Sed quoniam de extis et de fulgoribus satis est dispu- 22 tatum, ostenta restant, ut tota haruspicina sit pertractata.

1 excogitavit! *Markland* cogitavit *codd.* excogitavit? *Philippson* || **4** conlocabitur *corr. in* -batur **F** || **5** nomine (*corr. in* nu- **F**) **BF** || **8–9** tardior fuerit ... reservatus sit *Davies* || **12** venerium *ex* -rum **B** || **13** sed *Davies* et *codd.* set *Plasberg* || **14** *a* consistere *denuo redit* **V** || **15** habundans, h *eras.* **V** || **19–21** vel — adfertur *in calce add.* **A** || **20** detractione *corr. in* detractati- **F** detractatione, ta *exp.* **M** || **21** afferatur **V** || **22** aliud **V** || **25** numquid **M** || **28**–p. 100, **7** quoniam — non miramur *habet* **R** || **28** et de fulgoribus *om.* **R** | fulgoribus *corr. in* fulgu- **V** fulguribus **P** || **29** portenta **M** | totarospicina *corr. in* toto aro- **B**

mulae partus prolatus est a te. res mirabilis, propterea quia non saepe fit; sed si fieri non potuisset, facta non esset. atque hoc contra omnia ostenta valeat, numquam, quod fieri non potuerit, esse factum; sin potuerit, non esse mirandum. causarum enim ignoratio in re nova mi- 5 rationem facit; eadem ignoratio si in rebus usitatis est, non miramur. nam qui mulam peperisse miratur, is, quo modo equa pariat, aut omnino quae natura partum animantis faciat, ignorat. sed quod crebro videt, non miratur, etiamsi, cur fiat, nescit; quod ante non vidit, id si evenit, 10 ostentum esse censet. utrum igitur cum concepit mula an 50 cum peperit, ostentum est? conceptio contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius.

23 Sed quid plura? ortum videamus haruspicinae; sic facillume, quid habeat auctoritatis, iudicabimus. Tages 15 quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur et sulcus altius esset impressus, exstitisse repente et eum adfatus esse, qui arabat. is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. eius adspectu cum obstipuisset bubulcus cla- 20 moremque maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse; tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia verba eius exceperint litterisque mandarint; omnem autem orationem fuisse eam, qua 25 haruspicinae disciplina contineretur; eam postea crevisse rebus novis cognoscendis et ad eadem illa principia referendis. haec accepimus ab ipsis, haec scripta conservant, 51 hunc fontem habent disciplinae. num ergo opus est ad haec refellenda Carneade? num Epicuro? estne quisquam 30

3 omnia *om.* **R** || **4** non potuerit] potest (non *supadd. m. aliq. post.*) **P** poterit *corr. in* potue- **B** || **6** visitatis *Salmasius* || **9** miramur *corr. in* -tur **A** || **10** videt **P** || **15** habeat **O**, *Marsus* habet *codd.* | tages *ex* -ge **AB** || **20** obstipuisset *corr. in* obstu- **V** || **21** ededisset **AB** || **25** qua] quam (*exp.*) qua **A** || **25.26** que (q̃) har. disciplinae, *mg.* qua har. disciplina *m. alt.* **V** || **26** disciplina, *una litt. eras. post* a, *fort.* e **A** || **27** novis, *sed* vis *in ras. m. alt.* **B** || **28** accepi *supadd.* mus *m. alt.* **B** | qui *post* ipsis *supadd.* **A** || **30** non epicuro **A** num vel Epicuro *Davies*

ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam an hominem? si deum, cur se contra naturam in terram abdiderat, ut patefactus aratro lucem adspiceret? quid? idem nonne poterat deus hominibus disciplinam superiore e 5 loco tradere? si autem homo ille Tages fuit, quonam modo potuit terra oppressus vivere? unde porro illa potuit, quae docebat alios, ipse didicisse? sed ego insipientior quam illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem.

10 Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui **24** mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. quota enim quaeque res evenit praedicta ab 52 istis? aut, si evenit quippiam, quid adferri potest, cur non casu id evenerit? rex Prusias, cum Hannibali apud eum 15 exsulanti depugnari placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent. 'ain tu?' inquit, 'caruncUlae vitulinae mavis quam imperatori veteri credere?' quid? ipse Caesar cum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fe- 20 cisset, uno in loco omnes adversariorum copiae convenissent. quid ego haruspicum responsa commemorem (possum equidem innumerabilia), quae aut nullos habuerint exitus aut contrarios? hoc civili bello, di inmortales, 5 quam multa luserunt! quae nobis in Graeciam Roma 25 responsa haruspicum missa sunt! quae dicta Pompeio!

14 Val. Max. III 7, ext. 6 || **17** Suet. Iul. 59; Minuc. 26, 4; Cypr. Quod idol. 5

1–2 dicam — si deum *mg. add. m. alt.* **B** || **2** sed si deum **M** si deus *Davies* | abdiderat *Lambinus* abdiderit *codd., quod tuetur Plasberg 'cum quodammodo a* dicam *pendeat'* abdidit *Davies* || **4.5** superiore loco **M** || **11** ridet (*corr. in* rideret *m. alt.* **B**) **VB**; *sed cf. Cic. Nat. deor. I 71* || **13** quid *ex* qui **B** || **15** exulanti (*una litt. inter* l *et* a *eras., puto* t) **B** || **16** ain *corr. in* an **V** an **AF** vin **P** | quid (*corr. in* inquit *m. alt.*) **B** inquid **P** || **18** a Spurinna haruspice *Davies coll. Val. Max. I 6, 13 et VIII 11, 2; Suet. Iul. 81* || **19** tramitteret (*corr. in* transmi- **V**) **ABFV** | nonne *ex* non **A** || **20** unum in locum *Klotz* | omnis (*ita* **A**) *corr. in* -es **BV** || **21** ergo (*ex* ego *m. alt.* **V**) **PV**

etenim ille admodum extis et ostentis movebatur. non lubet commemorare, nec vero necesse est, tibi praesertim, qui interfuisti; vides tamen omnia fere contra ac dicta sint evenisse. sed haec hactenus; nunc ad ostenta veniamus. 5

25 54 Multa me consule a me ipso scripta recitasti, multa ante Marsicum bellum a Sisenna collecta attulisti, multa ante Lacedaemoniorum malam pugnam in Leuctris a Callisthene commemorata dixisti; de quibus dicam equidem singulis, quoad videbitur; sed dicendum etiam est de 10 universis. quae est enim ista a deis profecta significatio et quasi denuntiatio calamitatum? quid autem volunt di inmortales primum ea significantes, quae sine interpretibus non possimus intellegere, deinde ea, quae cavere nequeamus? at hoc ne homines quidem probi faciunt, ut 15 amicis impendentis calamitates praedicant, quas illi effugere nullo modo possint, ut medici, quamquam intellegunt saepe, tamen numquam aegris dicunt illo morbo eos esse morituros; omnis enim praedictio mali tum probatur, 55 cum ad praedictionem cautio adiungitur. quid igitur aut 20 ostenta aut eorum interpretes vel Lacedaemonios olim vel nuper nostros adiuverunt? quae si signa deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? si enim, ut intellegeremus quid esset eventurum, aperte declarari oportebat aut ne occulte quidem, si ea sciri nolebant. 25

26 Iam vero coniectura omnis, in qua nititur divinatio, ingeniis hominum in multas aut diversas aut etiam con-

6 *de hoc breviloquentiae stilo cf. Plasberg*[1] *p. 85* || **6–7** multa ante — attulisti *om.* **V** || **8** Leuctricis *Ven., quod perperam rec. Müller, ad* Λευκτρικά, *Callisthenis historiae partem, referens; nam hac locutione* ἐν Λεύκτροις *iam Graeci usi sunt* (*cf. Xen. Hell. V 4, 33 et VI 4, 4; ita Caes. Bell. civ. II 18, 1 et Cic. Att. VIII 3, 6*)*: praeterea Ciceroni* pugnam Leuctricam *esset scribendum* (*de quo cf. Div. I 74 et 75*) || **10** quoad utile videbitur *Lambinus* || **12** volunt ea **AVMP** ea volunt **BF**; ea *del. Lambinus, sed in mg. ed. 1581 post* primum *colloc.* (*cf.* deinde ea *lin. 14*). *de hac aspera ac sinuosa verborum collocatione Ax cf. Cic. Nat. deor. II 9, 35 et Att. IX 11, 2. cf. etiam Philippson p. 346* || **14** possumus **P** || **15** hoc *corr. in* hec **V** || **17** ut] et *Davies* || **19** praedicatio (*corr. in* -ctio **A**) **PA** || **20** praedicationem **P** || **21** lacedemoniis *corr. in* -ios *m. alt.* **V**

trarias partis saepe diducitur. ut enim in causis iudicialibus alia coniectura est accusatoris, alia defensoris et tamen utriusque credibilis, sic in omnibus iis rebus, quae coniectura investigari videntur, anceps reperitur oratio. 5 quas autem res tum natura, tum casus adfert (non numquam etiam errorem creat similitudo), magna stultitia est earum rerum deos facere effectores, causas rerum non quaerere. 56 tu vates Boeotios credis Lebadiae vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu victoriam esse Thebano- 10 rum, quia galli victi silere solerent, canere victores. hoc igitur per gallinas Iuppiter tantae civitati signum dabat? an illae aves, nisi cum vicerunt, canere non solent? at tum canebant nec vicerant. id enim est, inquies, ostentum. magnum vero! quasi pisces, non galli cecinerint! quod 15 autem est tempus, quo illi non cantent, vel nocturnum vel diurnum? quodsi victores alacritate et quasi laetitia ad canendum excitantur, potuit accidisse alia quoque laetitia, qua ad cantum moverentur. 57 Democritus quidem optumis verbis causam explicat, cur ante lucem galli 20 canant; depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos; qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius,

18 Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 158

1 diducitur *Manutius* deducitur *codd.* | ut enim — similitudo (*lin. 6*) *habet* **R** || **3** his **BFMR** || **4** ratio *Hottinger* || **5** tum in natura **P** | *post* adfert *add.* in quibus *Lambinus* || **7** rerum² *del. nescio quis in mg. ed. Lambin. 1581, certe ob propinquum vocabulum* rerum (*cf. Ax ad Cic. Nat. deor. II 98; haec verborum structura magis idonea videtur sermoni familiari quam Tullianae elegantiae*) || **7.8** effecto (*add. in calce* res causas rer. non quer. tu vates) boeotios **A** || **8** boetios **MP** | Lebadiae *Marsus* thebaide *codd.* (*cf. Div. I 74*) | ex *supadd.* **M** || **9** esse] et (*corr. in* esse *m. alt.*) **B** || **12** vicerint (*ex* -unt **BM**) **FBM** | at cum **A** || **16** diuturnum, ut *del.* **M** | et *om.* **A** || **20** cantant **AVMP** cantent *Ven.* || **21** modificato **O** || **22** silentio noctis *Ennio tribuend. put. Skutsch, Rhein. Mus. 1906, p. 610 sq.; contra Zillinger p. 115, adnot. 1*

. . . favent faucíbus russis
cantú plausuque premúnt alas.

cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi, cum id vel natura vel casus efficere potuisset? 5

27 58 Sanguine pluisse senatui nuntiatum est, Atratum etiam fluvium fluxisse sanguine, deorum sudasse simulacra. num censes his nuntiis Thalen aut Anaxagoran aut quemquam physicum crediturum fuisse? nec enim sanguis nec sudor 10 nisi e corpore. sed et decoloratio quaedam ex aliqua contagione terrena maxume potest sanguini similis esse, et umor adlapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem videtur imitari. atque haec in bello plura et maiora videntur timentibus, eadem non tam animadver- 15 tuntur in pace; accedit illud etiam, quod in metu et periculo cum creduntur facilius, tum finguntur inpunius.
59 nos autem ita leves atque inconsiderati sumus, ut, si mures

1–2 Eurip. Iph. Aul. 9sq.; Lucr. IV 710sq.; Plin. Nat. hist. X 46

1–2 *Enn. Scaen. 219sq.* (*'Iphigeniae' trib. Vahlen, incertis fabulis Ribbeck*) ‖ **1** russis *ex* rusis **B** rursus **M**; *def. Rath* (*'concubia nocte silent, tum rursus favent cantui'*) ‖ **2** missis *versui praepos. Vahlen* (*Ind. lect. Berol. 1888–89, p. 10 sqq.: 'silentium noctis depingi videtur, ut . . . oratio sane redire ad Eurip. Iphig. Aul. 9 οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης possit'*); *sed de gallorum cantu ante lucem Cicero loquitur* (*cf. Censor. Die nat. 24, 1sq.; Apul. Met. VIII 1; Macrob. Sat. I 3, 12; Ambros. Hexaem. V 88*), *non de noctis silentio* | cantu *corr. in* -tus **B** cantus (*corr. in* -tu **V**) *cett. codd.* | lausuque (*corr. in* plau- **V**) **AV** ‖ **5** cantantibus *Davies* ‖ **7** sanguine *Ven. 1496; cf. Div. I 74* (multo sudore manavit), *Liv. XXIV 10, 7 et XXXVII 3, 3: certe sumptum ab obsoleta et prisca perscriptione* sanguinem (sanguinẽ **V**, *qui numquam litt.* m *compendium supadd.*) *codd.* ‖ **8** sanguine *Marsus; cf. Div. I 98* (sanguine fluxit), *Pacuv. Paul. 4* (nivit sagittis, plumbo et saxis grandinat) sanguinem (-nẽ **V**) *codd.* ‖ **12** terrena me (*praemis. sup.* maxu *m. alt.*) **B** | sanguinis **BF** ‖ **18** leve (*supadd.* s) e (*exp.*) atque inconsiderati (*corr. in* -antis *m. alt.*) **V** | *post* mures *add.* nocte (*sup.* **B**) **FMB**

corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus? ante vero Marsicum bellum quod clipeos Lanuvi, ut a te dictum est, mures rosissent, maxumum id portentum haruspices esse dixerunt; quasi 5 vero quicquam intersit, mures diem noctem aliquid rodentes scuta an cribra corroserint! nam si ista sequimur, quod Platonis Politian nuper apud me mures corroserunt, de re publica debui pertimescere, aut, si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in macello 10 cariorem fore.

28 60 An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude aut ex homine nata dicuntur? quorum omnium, ne sim longior, una ratio est. quicquid enim oritur, qualecumque est, causam habeat a natura necesse est, 15 ut, etiamsi praeter consuetudinem exstiterit, praeter naturam tamen non possit exsistere. causam igitur investigato in re nova atque admirabili, si poteris; si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa, eumque terrorem, quem tibi rei novitas 20 adtulerit, naturae ratione depellito. ita te nec terrae fremitus nec caeli discessus nec lapideus aut sanguineus imber nec traiectio stellae nec faces visae terrebunt. quo- 61 rum omnium causas si a Chrysippo quaeram, ipse ille divinationis auctor numquam illa dicet facta fortuito na- 25 turalemque rationem omnium reddet; nihil enim fieri sine causa potest; nec quicquam fit, quod fieri non potest; nec,

3 rossent *corr. in* rosise- **A** possent *corr. in* rosis- **V** possent (*corr. in* esse- **B**) **PB** essent **FM** ‖ **4** esse] si (*exp., supscr.* esse) **A** se (*corr. in* esse) **V** ‖ **5** rudentes *corr. in* ro- **AB** rodent (*corr. in* -ant, *mg.* tes *m. alt.*) **V** | *post* rodentes *scr.* quorum (*supadd.*) est opus **V** ‖ **6** correserint (*corr. in* corro- **V**) **ABFV** correxerint *corr. in* corrose- **M** ‖ **7** mures *ex* mo- **B** ‖ **9** liber (*p. corr.*) rosus (*supadd.* cor *m. alt.*)**V** | corrosus *Davies* ‖ **12**–p. 106, 5 quorum – sapientem fuisse *habet* **R** ‖ **13** moritur **VP** ‖ **15** est etiam (*corr. in* ut iam) si **V** ‖ **19** terrorem *Lambinus; cf. lin. 11* (nos terrent) *et lin. 22* (terrebunt) errorem *codd., servand. put. Ax* (*coll. Div. II 49* causarum enim ignoratio) ‖ **22.23** quorum omnium *codd. Balliol. et Monac. 15741* (= *Salisburg. aul. 41, saec. XV*) quarum omnium *codd.* quarum ⟨rerum⟩ omnium *Giese* ‖ **23** quaerem *corr. in* quaererem **V** | ille] de (*corr. in* ille) **R** ‖ **24** factam, m *del.* **V** ‖ **25** omnium *om.* **R**

si id factum est, quod potuit fieri, portentum debet videri; nulla igitur portenta sunt. nam si, quod raro fit, id portentum putandum est, sapientem esse portentum est; saepius enim mulam peperisse arbitror quam sapientem fuisse. illa igitur ratio concluditur: nec id, quod non 5 potuerit fieri, factum umquam esse, nec, quod potuerit, id portentum esse; ita omnino nullum esse portentum.

62 quod etiam coniector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur ei, qui quondam ad eum rettulisset quasi ostentum, quod anguis domi vectem 10 circumiectus fuisset: 'tum esset' inquit 'ostentum, si anguem vectis circumplicavisset.' hoc ille responso satis aperte declaravit nihil habendum esse, quod fieri posset, ostentum.

29 C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit, duobus an- 15 guibus domi comprehensis, haruspices a patre convocatos. qui magis anguibus quam lacertis, quam muribus? quia sunt haec cotidiana, angues non item; quasi vero referat, quod fieri potest, quam id saepe fiat. ego tamen miror, si emissio feminae anguis mortem adferebat Ti. Graccho, 20

8 Plut. Apophth. Lacon. 224e; Clem. Alex. Strom. VII 25, 1

3 nulla ig. port. sunt *post* portentum est *add.* **P** || **5** ratio *corr. in* raro **R** || **8** interpres, *eras. duab. litt. inter* r *et* e, *quasi* interpretes *antea scr.* **V**; *ita* **A** *ex* interpretes || **9** non scite (*sup. praemis.* non *m. alt.*) **B** | ei qui quondam *Davies, quod mire confirmat* ei qui quodam (*corr. in* quodd-) **V** ei qui cum (*in ras.* **A**, *etiamnunc prisci verbi* q *leg.*) **BFMA**, *et* **P**, *nisi quod* quum *scr.* (*ita Moser, anacolutho Ciceronem usum esse putans*) ei qui (*del.* cum) *in app. Davies* | etenim cum quis ad eum rettul. *Rath* dicitur qui cum ad eum rettul. quis *Kayser* dicitur qui cum ad eum rettulissent *Baiter* cui cum ad eum rettul. *Vahlen*[2] *p. 186, unde* cui quom *scr. Plasberg* dicitur cum quidam *Halm* dicitur ianitori qui cum *Polster p. 9* dicitur, qui cum ⟨quidam⟩ *coni. audemus ex codd. lectione* (cum *et* quodam) *et Halmii coniectura; cf. Aug. Doctr. Christ. II 31* (dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam . . .) †ei qui cum *Christ* ei qui †cum *Ax* || **11** circumnexus esset *Lambinus* circumplexus esset *Gulielmius* || **14** ostentum *supadd.* **B** ostentum *om., mg.* portentum *post* esse *collocand. scr.* **V** || **15** scripsit *ex* scribit **B** || **17** quid magis **M** || **20** Ti. *Ven.* tito *codd.*

emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliae, cur alteram utram emiserit; nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurum. at mors insecuta Gracchum est. causa quidem,
5 credo, aliqua morbi gravioris, non emissione serpentis; neque enim tanta est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem umquam fiat, quod futurum illi esse dixerint.

30 63 Nam illud mirarer, si crederem, quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani an-
10 nos auguratum; de quoius coniectura sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur Agamemnon:

ferte, viri, et duros animo tolerate labores,
auguris ut nostri Calchantis fata queamus
scire ratosne habeant an vanos pectoris orsus.
15 namque omnes memori portentum mente retentant,
qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant,
nos circum latices gelidos fumantibus aris
20 aurigeris divom placantes numina tauris
sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
vidimus inmani specie tortuque draconem
terribilem, Iovis ut pulsu penetraret ab ara;
qui platani in ramo foliorum tegmine saeptos
25 corripuit pullos; quos cum consumeret octo,
nona super tremulo genetrix clangore volabat;
cui ferus inmani laniavit viscera morsu.
hunc, ubi tam teneros volucris matremque peremit, 64

12 Hom. Il. II 299 sqq.

2 alter *ex* -eram **A** | emisit **F** || **3** missus **ABFMP** || **4** Gracchi *Davies* || **10** quoius (*supscr.* cuius *m. alt.* **AV**) *codd.* || **11** *non Agamemnon loquitur, sed Ulixes (Hom. Il. II 299 sqq.), ut primus vidit Politianus (Miscell. 53): idem error in Cic. Nat. deor. II 9* || **17** aulis *cod. Erlang. 847 (saec. XV); ita scr. Marsus* aules *codd.* || **18** ferebat (*ex* -ant **B**) **AFPB** || **21** emanat *Crat.* emanabat (manebat **P**) *codd.* | aquarum **V** || **22** inmanis, s *eras.* **AM** immanis (*ex* inmani **L**) *cett. codd.* | tortuque *in Homero deest, contra* δαφοινός *praetermisit Cicero, qui* tortu *usus est (Tusc. II 22), Soph. Trach. 1100 vertens* || **26** volabat *eras. litt. init.* (*puto* e) **V**

qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
abdidit et duro formavit tegmine saxi.
nos autem timidi stantes mirabile monstrum
vidimus in mediis divom versarier aris.
tum Calchas haec est fidenti voce locutus: 5
'quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi?
nobis haec portenta deum dedit ipse creator
tarda et sera nimis, sed fama ac laude perenni.
nam quot avis taetro mactatas dente videtis,
tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos; 10
quae decumo cadet et poena satiabit Achivos.'
edidit haec Calchas; quae iam matura videtis.

65 quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius quam aut mensuum aut dierum? cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum, 15 de dracone silet, qui, id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? postremo quid simile habet passer annis? nam de angue illo, qui Sullae apparuit immolanti, utrumque memini, et Sullam, cum in expeditionem educturus esset, immolavisse, et anguem ab ara exstitisse, eoque die 20 rem praeclare esse gestam non haruspicis consilio, sed imperatoris.

31 66 Atque haec ostentorum genera mirabile nihil habent; quae cum facta sunt, tum ad coniecturam aliqua interpretatione revocantur, ut illa tritici grana in os pueri Midae congesta aut apes, quas dixisti in labris Platonis con- 25 sedisse pueri, non tam mirabilia sint quam coniecta belle; quae tamen vel ipsa falsa esse vel ea, quae praedicta sunt, fortuito cecidisse potuerunt. de ipso Roscio potest illud

1 saturnius *ex* -os **B** | idem *ex* quid- **B** || **2** abdidit *corr. in* addi- *m. alt.* **V** | tegmine saxi *corr. in* -na saxo *m. alt.* **V** || **4** vorsarier **P** || **5** est *supadd.* **B** || **8** sera nimis *Asc.; cf. Hom. Il. II 325* ὄψιμον ὀψιτέλεστον sera animis *codd.* || **9** quot *ex* quod **VF** quod **ABP** | tacito (*exp.*) *supscr.* tetro **L** || **11** et *supadd.* **V** | poenis **BFM** poenas **A** || **12** maturi *corr. in* -ra **V** || **14** mensium (*ex* -uum **B**) **PB** || **19** sillam qui **A** | expeditione **V** || **20** extitisse, tit *exp.* **M** || **21** preclaram **L** | haruspices *corr. in* -cis **ABVF** || **26** aut] ut **FM** || **27** coniectabilia (abilia *in ras.* **B**) **MFB**

quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui, sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Solonio praesertim, ubi ad focum angues nundinari solent. nam quod haruspices responderint nihil illo clarius, nihil nobi-
5 lius fore, miror deos inmortales histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano. atque etiam **67** a te Flaminiana ostenta collecta sunt: quod ipse et equus eius repente conciderit, non sane mirabile hoc quidem! quod evelli primi hastati signum non potuerit, timide
10 fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. nam Dionysi equus quid attulit admirationis, quod emersit e flumine quodque habuit apes in iuba? sed quia brevi tempore regnare coepit, quod acciderat casu vim habuit ostenti. at Lacedaemoniis in Herculis fano arma sonuerunt
15 eiusdemque dei Thebis valvae clausae subito se aperuerunt, eaque scuta, quae fuerant sublime fixa, sunt humi inventa. horum cum fieri nihil potuerit sine aliquo motu, quid est, cur divinitus ea potius quam casu facta esse dicamus?

32 **68**
20 At in Lysandri statuae capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, et quidem subita. itane? censes ante coronam herbae exstitisse, quam conceptum esse semen? herbam autem asperam credo avium congestu, non humano satu; iam, quicquid in capite est, id coronae simile videri
25 potest. nam quod eodem tempore stellas aureas Castoris et Pollucis Delphis positas decidisse neque eas usquam repertas esse dixisti, furum id magis factum quam deorum videtur. simiae vero Dodonaeae inprobitatem historiis Graecis mandatam esse demiror. quid minus mirum quam **69**
30 illam monstruosissumam bestiam urnam evertisse, sortes dissupavisse? et negant historici Lacedaemoniis ullum ostentum hoc tristius accidisse! nam illa praedicta Veien-

1–2 sed ut — anguis *om., add. mg. m. alt.* **B** || **2** selonio **A** || **3** nidulari *Lambinus ex Varr. Hebd. 1 (cf. Gell. III 10, 5; Non. 145, 4)* || **7** sunt *supadd.* **V** || **8** eius *om.* **B** || **13** occiderat *corr. in* ac- **V** || **16** humi *ex* humani **V** || **17** potuit **P** | aliquo *add. in extr. lin. m. alt.* **B** | **18** divinitus *ex* -natus **V** || **21** ita *supadd.* **V** || **22** esset *Gruter* || **31** historicis **A**

tium, si lacus Albanus redundasset isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Veios — ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam. at paulo post audita vox est monentis, ut providerent, ne a Gallis Roma caperetur; 5 ex eo Aio Loquenti aram in nova via consecratam. quid ergo? Aius iste Loquens, cum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur et ex eo nomen invenit; posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? quod idem dici de Moneta potest; a qua praeterquam de sue plena quid 10 umquam moniti sumus?

33 70 Satis multa de ostentis; auspicia restant et sortes eae, quae ducuntur, non illae, quae vaticinatione funduntur, quae oracla verius dicimus; de quibus tum dicemus, cum ad naturalem divinationem venerimus. restat etiam 15 de Chaldaeis; sed primum auspicia videamus. difficilis augurii locus ad contra dicendum. Marso fortasse, sed Romano facillumus. non enim sumus ii nos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus. et tamen credo Romulum, qui urbem auspicato condidit, 20 habuisse opinionem esse in providendis rebus augurandi scientiam (errabat enim multis in rebus antiquitas), quam vel usu iam vel doctrina vel vetustate inmutatam videmus; retinetur autem et ad opinionem vulgi et ad magnas

2 *post* Veios *lacunam coni. Lambinus, quam ita suppl.* nam illo praedicto . . . Veios, aqua Albana deducta. ita aqua Albana deducta *Pearce, cui quodammodo consentit Davies* (Veios, ita aqua Albana deducta. aqua Albana deducta), illa praedicta *serv.* Veios — conservaruntne Romam? itane? aqua Albana *Rath* Veios, omni ex parte rata exstiterunt? num minus Roma a Gallis capta est? ita aqua Albana deducta *Christ* Veios, quidni fuerint irrita? ita aqua Albana deducta *Heeringa. de hoc loco cf. Pease, qui anacoluthon rec., quod facile def. potest, si parumper Quinti (Div. I 100) fidem portentorum revocamus, quam funditus evellere laborat et ironice contendit Tullius* ‖ **3** ⟨at⟩ ad utilitatem *Philippson* | agris **B** ‖ **7** loquens quod **P** loquens quando *Orelli* ‖ **8** et (*supadd. m. alt.*) ex eo **V** ex eo *cett. codd., unde* ex quo *coni. Plasberg* | ex eo nomen invenit *cancell. inclus. Pease* | invenit (*exp.*) *supscr.* accepit **M** ‖ **13** dicuntur (*corr. in* du-) **M** ‖ **18** ii *supadd. m. alt.* **B**, *om.* **M** ‖ **19** futurum **L** ‖ **21** augurandis **B F** ‖ **22** rebus et **V** ‖ **22—23** quas . . . immutatas *Clericus*

utilitates rei publicae mos, religio, disciplina, ius augurium, collegii auctoritas. nec vero non omni supplicio digni 71
P. Claudius L. Iunius consules, qui contra auspicia navigaverunt; parendum enim religioni fuit nec patrius mos
5 tam contumaciter repudiandus. iure igitur alter populi iudicio damnatus est, alter mortem sibi ipse conscivit. Flaminius non paruit auspiciis, itaque periit cum exercitu. at anno post Paulus paruit; num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu? etenim, ut sint auspicia,
10 quae nulla sunt, haec certe, quibus utimur, sive tripudio sive de caelo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo.

'Q. Fabi, te mihi in auspicio esse volo'; respondet: 34
'audivi'. hic apud maiores adhibebatur peritus, nunc
15 quilubet. peritum autem esse necesse est eum qui, silentium quid sit, intellegat; id enim silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. hoc intellegere perfecti 72
auguris est; illi autem, qui in auspicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspicatur: 'dicito, si silentium esse
20 videbitur', nec suspicit nec circumspicit; statim respondet silentium esse videri. tum ille: 'dicito, si pascentur'. 'pascuntur.' quae aves? aut ubi? attulit, inquit, in ca-

8 Minuc. 26, 3

1 augurum *Ven.* || 3 Claudius *Marsus: cf. Div. I 29* clodius *codd.: cf. Div. II 20* (*etiam Nat. deor. II 7, ubi tamen nunc* clo-, *nunc* clau- *trad. codd.*) | cos (*exp., supscr.* consules *m. aliq. recent.* **A**) **BA** consules *supadd. m. alt.* **V** (quos *in textu*) | naviga*: hic finit* (*f. 69*^{v}) **V**; *f. 70*^{r} (runt) *usque ad f. 71*^{v} (superstitione multa, *p. 116, 17*) *alia m. exar.* || 8 nummius *corr. in* num minus *m. aliq. recent.* **A** numius **V** || 12.13 modo que (ue *exp.*) **F** modo quae (que **BVP**) **ABVP** || 13 auspicia **V** | adesse *Hottinger* || 14 maiores nostros *Ven.* || 14.15 num qui lubet **A** nunc quid iubet **V** || 17 haec **V** || 18 adhibetur *Asc.* -entur *codd.* || 19 iis **A** his **B** | auspicator *corr. in* -tur **AB** auspicantur, n *exp.* **V** | si silentium *Erlang.: ita coni. Lambinus* silentium *codd.* || 20 responderet **V** || 21 videtur *Rath* | pascentur (*ex praeced.* videbitur), *in augurii arte praecipuum* (*cf. Verg. Aen. VI 199 et Serv. ad loc., nec non Norden ad Verg. Aen. VI 191 sqq.*)*: ita coni. Krarup, De nat. et usu imperativi, p. 21* pascuntur *codd.* || 22 quae, a *del.* **B** que (*id est* pascunturque) **AVMP**

vea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. haec sunt igitur aves internuntiae Iovis! quae pascantur necne, quid refert? nihil ad auspicia; sed quia, cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire (terripavium primo, post terripudium dictum est; hoc quidem 5 iam tripudium dicitur) — cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur.

35 73 Ergo hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod tam sit coactum et expressum? quo antiquissumos augures non esse usos argumento est, quod decretum 10 collegii vetus habemus omnem avem tripudium facere posse. tum igitur esset auspicium (si modo esset ei liberum) se ostendisse; tum avis illa videri posset interpres et satelles Iovis; nunc vero inclusa in cavea et fame enecta si in offam pultis invadit, et si aliquid ex eius ore cecidit, 15 hoc tu auspicium aut hoc modo Romulum auspicari soli-74 tum putas? iam de caelo servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario; ille renuntiat fulmen sinistrum, auspicium optumum quod habemus ad omnis res praeterquam ad comitia; quod quidem 20 institutum rei publicae causa est, ut comitiorum vel in iudiciis populi vel in iure legum vel in creandis magistratibus principes civitatis essent interpretes. at Ti. Gracchi litteris Scipio et Figulus consules, cum augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt. quis 25 negat augurum disciplinam esse? divinationem nego. at haruspices divini; quos cum Ti. Gracchus propter mortem

1 ipso *om.* **P** | haec, c *eras.* **ABP** hae **VM** || 4 pavere *corr. in* pavi- **F** | terripavium *ex* terraepa- **B** || 6 dicitur *om.* **VP** || 14 ioves *corr. in* -is **V** || 15 invasit *Davies* | eius *om.* **V** || 16 hoc[1] *corr. in* hec **V** || 17 servare *Marsus* servari *codd.* || 18 auspicabantur *ex* -cantur **AV** | renuntiat ... habemus] *ita scribend. putamus ex codd. lectione coll. Div. II 43* (*cf. Clark p. 361*) || 19 quod *om. Ven., sic interpung.:* renuntiat. Fulmen sin. || 21 insti *cett. litt. eras., supadd.* tutum **V** | cura **V** | commotiorem *corr. in* comitiorum **A** | in *om.* **BF** || 23 civitates *corr. in* -tis **A** | atti **VM** || 24 figulos (*corr. in* -us **A**) quos **VPA** | cons. cum] quod tum *Victorius* cum (*del.* cos.) *in comm. Davies* || 25 vitios **A** | magistratus ei **M** | se *om.* **F** || 26 nego *lin. transversa del.* **B**, *om.* **FM** || 27 Ti. *om.* **M** tytus **V**

repentinam eius, qui in praerogativa referenda subito concidisset, in senatum introduxisset, non iustum rogatorem fuisse dixerunt. primum vide, ne in eum dixerint, 75 qui rogator centuriae fuisset; is enim erat mortuus: id
5 autem sine divinatione coniectura poterant dicere. deinde fortasse casu, qui nullo modo est ex hoc genere tollendus. quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo recte capto aut de pomerii iure potuerunt? equidem adsentior C. Marcello potius quam App. Claudio, qui ambo mei
10 collegae fuerunt, existimoque ius augurum, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea rei publicae causa conservatum ac retentum.

36 Sed de hoc loco plura in aliis, nunc hactenus. externa 76 enim auguria, quae sunt non tam artificiosa quam super-
15 stitiosa, videamus. omnibus fere avibus utuntur, nos admodum paucis; alia illis sinistra sunt, alia nostris. solebat ex me Deiotarus percontari nostri augurii disciplinam, ego ex illo sui. di inmortales, quantum differebat! ut quaedam essent etiam contraria. atque ille iis semper utebatur,
20 nos, nisi dum a populo auspicia accepta habemus, quam multum iis utimur? bellicam rem administrari maiores nostri nisi auspicato noluerunt; quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et a propraetoribus administrantur, qui auspicia non habent! itaque nec amnis 77
25 transeunt auspicato nec tripudio auspicantur. nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ille quinquiens consul totum omisit, idem imperator, idem augur optumus. ubi ergo avium divi-

1 Cic. Nat. deor. II 10

3 dixerint] dixerunt **B F** ‖ 5 poterat **V** ‖ 7 ut *corr. in* aut **V** ‖ 10 augurium *Orelli coll. Div. II 70* ‖ 11 sit *ex* si **A** ‖ 14 artificiose *corr. in* -sa **V** ‖ 18 et illos vidi (*lin. subscr.* **P**) **VP**; *ita scr. m. pr.* **A** (*sed* ex *trad.*) ‖ 19 his *codd., corr. Lambinus* ‖ 21 his **B F M** ‖ 25–28 nam ex acuminibus — optumus *post* non habent (*lin. 24*) *ponenda cens. Forchhammer* (*Nord. Tidskr. f. Filol. 1896, p. 36*), *post* esse sublata (*p. 114, 3*) *collocanda habuit Madvig. cf. Philippson p. 346* ‖ 25 cacuminibus *Ursini amicus* (*ex Bell. Afr. 47, 6; Fest. 396, 15 et Paul. Fest. 397, 2*); *sed cf. Cic. Nat. deor. II 9; Arnob. II 67* ‖ 27 M. *om.* **V** | omisit, o *add. m. alt.* **B**

natio? quae, quoniam ab iis, qui auspicia nulla habent, bella administrantur, ab urbanis retenta videtur, a bellicis esse sublata. et quidem ille dicebat, si quando rem agere vellet, ne impediretur auspiciis, lectica operta facere iter se solere. huic simile est, quod nos augures praecipi- 5 mus, ne iuges auspicium obveniat, ut iumenta iubeant
78 diiungere. quid est aliud nolle moneri a Iove nisi efficere, ut aut ne fieri possit auspicium aut, si fiat, videri?

37 Nam illud admodum ridiculum, quod negas Deiotarum auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti facta 10 sint, paenitere, quod fidem secutus amicitiamque populi Romani functus sit officio; antiquiorem enim sibi fuisse laudem et gloriam quam regnum et possessiones suas. credo id quidem, sed hoc nihil ad auspicia; nec enim ei cornix canere potuit recte eum facere, quod populi Ro- 15 mani libertatem defendere pararet; ipse hoc sentiebat,
79 sicuti sensit. aves eventus significant aut adversos aut secundos; virtutis auspiciis video esse usum Deiotarum, quae vetat spectare fortunam, dum praestetur fides. aves vero si prosperos eventus ostenderunt, certe fefellerunt. 20 fugit e proelio cum Pompeio; grave tempus! discessit ab eo; luctuosa res! Caesarem eodem tempore hostem et hospitem vidit; quid hoc tristius? is cum ei Trocmorum tetrarchian eripuisset et adseculae suo Pergameno nescio

21 Cic. Deiot. 13 || **22** Cic. Deiot. 8; Phil. 2, 94; Bell. Alex. 68, 1

1 ab his **BFM** || **2** in rebus urbanis *Madvig* ad urbanas res *Müller* || **4** impedirent **V** || **6** iuge **A**: *sed cf. Paul. Fest. 92, 12 et 101, 7; Serv. ad Aen. III 537* | iubeant *ex* -bebant **B** || **7** diiungere *corr. in* disi- **V** adiungere *corr. in* diiu- **A** || **11** non poenitere *Ven.* || **14** credo equidem *Madvig* | enim *om.* **V** || **19** vetant (*ita* **F**) *ex* vetat **B** | spectare *Marsus* exspectare *codd.* | qui vetat expextare (*lin. subscr.* qui vetat expex) **P** || **20** vero si *Asc. 1521* vero s (*eras.* s) **B** vero *codd.* | ostendunt **V** || **21** fugi **A** || **23** Trocmorum *Brodaeus coll. Liv. XXXVIII 16, 11; Plin. Nat. hist. V 146; Strab. IV, p. 187 et XII, p. 566; Steph. Byz. s. v. Τροκμοί* trochamorum *codd.* Trogmorum *Davies* Trochmanorum *Ursinus* Trocumorum *Müller* || **24** eripuisset quod assecle **V** | adsaeculae, u *exp.* **M** | qui (*supscr.* cui **M**; *supscr.* c **F**) dedisset **MF** quidedisset **A** quid (d *exp.* **P**) dedisset (*ex* qui vidisset **B**) **VPB**

cui dedisset eidemque detraxisset Armeniam a senatu datam, cumque ab eo magnificentissumo hospitio acceptus esset, spoliatum reliquit et hospitem et regem. sed labor longius; ad propositum revertar. si eventa quaeri-
5 mus, quae exquiruntur avibus, nullo modo prospera Deiotaro; sin officia, a virtute ipsius, non ab auspiciis petita sunt.

38 80 Omitte igitur lituum Romuli, quem in maximo incendio negas potuisse comburi; contemne cotem Atti Navi. nihil
10 debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci; illud erat philosophi potius, totius augurii primum naturam ipsam videre, deinde inventionem, deinde constantiam. quae est igitur natura, quae volucris huc et illuc passim vagantis efficiat ut significent aliquid et tum vetent agere,
15 tum iubeant aut cantu aut volatu? cur autem aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus ut ratum auspicium facere possint? quo modo autem haec aut quando aut a quibus inventa dicemus? Etrusci tamen habent exaratum puerum auctorem disciplinae suae; nos quem? Attumne Na-
20 vium? at aliquot annis antiquior Romulus et Remus, ambo augures, ut accepimus. an Pisidarum aut Cilicum aut Phrygum ista inventa dicemus? placet igitur humanitatis expertis habere divinitatis auctores?

39 81 At omnes reges, populi, nationes utuntur auspiciis.
25 quasi vero quicquam sit tam valde quam nihil sapere vulgare, aut quasi tibi ipsi in iudicando placeat multitudo! quotus quisque est, qui voluptatem neget esse bonum? plerique etiam summum bonum dicunt. num igitur eorum frequentia Stoici de sententia deterrentur? aut
30 num plerisque in rebus sequitur eorum auctoritatem mul-

6 d. si (*eras.*) in officia **B** d. in (*exp.* **M**) officia **F M** deiotarus in officia **A** -taro; sin off. *recte scr. Ven.* ‖ **8** igitur *del. Rath* | quem *om.* **AVP** ‖ **10** inesse **V** ‖ **11** potius *supadd.* **B**, *om.* **V** ‖ **12** deinde inventionem *mg. add. m. alt.* **A** ‖ **14** efficiant, n *exp.* **B** ‖ **19** attium (*inde ras.*) navium **A** Attiumne *Ven.* ‖ **20** annos *corr. in* -is **A** | antiquiores *Davies* ‖ **21** accepimus *ex* acci- **A** ‖ **23** divinitates *corr. in* -tis **A** divinationis *Camerarius; ita Clericus, qui etiam* divinae artis *coni.* ‖ **25** valide **M**, *ita ex* valde **F** | nihil sapere *om.* **P** ‖ **26** ipso **V**

titudo? quid mirum igitur, si in auspiciis et in omni divinatione inbecilli animi superstitiosa ista concipiant, ve-
82 rum dispicere non possint? quae autem est inter augures conveniens et coniuncta constantia? ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius: 5

tum tonuit laevum bene tempestate serena.

at Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid hoc modo nuntiat:

prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit.

ita nobis sinistra videntur, Graiis et barbaris dextra me- 10 liora. quamquam haud ignoro, quae bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint; sed certe nostri sinistrum nominaverunt externique dextrum, quia plerumque id
83 melius videbatur. haec quanta dissensio est! quid? quod aliis avibus utuntur, aliis signis, aliter observant, alia 15 respondent, non necesse est fateri partim horum errore susceptum esse, partim superstitione, multa fallendo?

40 Atque his superstitionibus non dubitasti etiam omina adiungere. Aemilia Paulo Persam perisse, quod pater omen accepit; Caecilia se sororis filiae sedes suas tradere. 20

6 Cic. Mar. frg. 7, 12; Varr. Menipp. 103; Verg. Aen. II 693 et IX 630sq.; Stat. Theb. III 493; Serv. ad Verg. Aen. II 54; Serv. Dan. ad Verg. Aen. II 693

3 despicere **P** || **4** ad *corr. in* at **B** at **FM** | auguri *ex* -rii **A** augurii *ex* -ris **B** || **5** consuetudinem *Ven.* in consuetudinem *codd.* || **6** *Enn. Ann. 527* || **7** Aiax *pro* Ulixes *miro errore* (*cf. Div. II 63*) *scr. Cicero, quocirca* Ulysses *corr. Marsus coll. Hom. Il. IX 223* || **9** *Hom. Il. IX 236sq.; de quo cf. Cic. Rep. VI 17* | fulguribus **P** || **10** grais **AFM** grahis, h *del.* **B** grecis **V** || **11** sint *ex* sunt **A** || **11. 12** quae mala sint sinistra nos dicere *Lambinus* quae bona sunt, dextra nos dicere *Davies* || **14** melius individebatur **LO** meliora inde videbantur *Davies* || **17** suscepta *Rath* | superstitione multa] *his verbis finiunt ff. illa* (*70*ʳ*—71*ᵛ) *cod.* **V** *alia m. exarata; ex quo manifestum apparet hunc cod. illa perdidisse, quae serius alia m. saec. XIII vel XIV inseruit. a f. 72*ʳ (fallendo) *prist. m. redit* || **19** emilia *corr. in* -lio **M** emilio *ex* -lia **V** || **20** se *om.* **AL** | se soris (*corr. in* -roris) **B** sessoris (*mg.* sororis **V**) **FMPV**

iam illa: 'favete linguis et praerogativam, omen comitiorum'. hoc est ipsum esse contra se copiosum et disertum. quando enim ista observans quieto et libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem
5 habeas, sed rationem ducem? itane? si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit et eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis, ea res tibi aut timorem adferet aut alacritatem? cum M. Crassus 84 exercitum Brundisi imponeret, quidam in portu caricas
10 Cauno advectas vendens 'Cauneas' clamitabat. dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret; non fuisse periturum, si omini paruisset. quae si suscipiamus, pedis offensio nobis et abruptio corrigiae et sternumenta erunt observanda.

41

15 Sortes restant et Chaldaei, ut ad vates veniamus et ad 85 somnia. dicendum igitur putas de sortibus? quid enim sors est? idem prope modum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet. tota res est inventa falla-
20 ciis aut ad quaestum aut ad superstitionem aut ad errorem. atque ut in haruspicina fecimus, sic videamus, clarissumarum sortium quae tradatur inventio. Numerium Suffustium Praenestinorum monumenta declarant, honestum hominem et nobilem, somniis crebris, ad extremum
25 etiam minacibus cum iuberetur certo in loco silicem

10 Plin. Nat. hist. XV 83 ‖ **13** Menand. frg. 97 Körte; Varr. Menipp. 267; Plin. Nat. hist. II 24

1 prerogativum (*ex* -am **B**) **FMB** | omnem (*ex* omen *m. alt.* **A**) **VPA** ‖ **3** illa **V** ‖ **6** *ante* et eius *scr.* et eius — res dixerit (*supadd.* aliquod apte *et* ad id quod), *inde lin. del.* **B** | urbem *corr. in* verbum **B** ‖ **10** advectas *Ven.* -ans *codd.* ‖ **11.12** confuisse (*corr. in* -et) **A** ‖ **12** omini *ex* omni **B** ‖ **12.13** si omni (*corr. in* sic omnis *m. alt.*) offensio, *supscr.* si homini paruisset quae si suscipiamus pedum offensio *m. alt.* **V** | *de hoc usu in protasi* (suscipiamus) *et apodosi* (erunt) *describendis cf. Cic. Acad. I 7, Nat. deor. III 47* (*utrumq. exempl. attul. Nutting p. 208*), *Fat. 30* (*attul. Ax*), *Verr. II 2, 167 et Horat. Carm. III 3, 7 sq.* ‖ **16–20** quid enim — ad errorem *habet* **R** ‖ **20** ad (*supadd.*) superst. **AB** ‖ **21** ut *supadd.* **A** ‖ **22** numerum **A** ‖ **23** Suffucium *nonnulli editt. ant.*

caedere, perterritum visis inridentibus suis civibus id agere coepisse; itaque perfracto saxo sortis erupisse in robore insculptas priscarum litterarum notis. is est hodie locus saeptus religiose propter Iovis pueri, qui lactens, cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam ad- 5
86 petens, castissime colitur a matribus. eodemque tempore in eo loco, ubi Fortunae nunc sita est aedes, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicesque dixisse summa nobilitate illas sortis futuras, eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eoque conditas sortis, quae hodie Fortunae moni- 10 tu tolluntur. quid igitur in his potest esse certi, quae Fortunae monitu pueri manu miscentur atque ducuntur? quo modo autem istae positae in illo loco? quis robur illud cecidit, dolavit, inscripsit? nihil est, inquiunt, quod deus efficere non possit. utinam sapientis Stoicos effecisset, ne 15 omnia cum superstitiosa sollicitudine et miseria crederent! sed hoc quidem genus divinationis vita iam communis explosit; fani pulchritudo et vetustas Praenestinarum etiam nunc retinet sortium nomen, atque id in volgus.
87 quis enim magistratus aut quis vir inlustrior utitur sor- 20 tibus? ceteris vero in locis sortes plane refrixerunt. quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem quam Praeneste vidisse Fortunam. ergo hoc divinationis genus omittamus.

42 Ad Chaldaeorum monstra veniamus; de quibus Eudo- 25 xus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps, sic opinatur, id quod scrip-

5 CIL XIV 2862sqq. || **14** Cic. Nat. deor. III 92 || **25** Cic. Rep. I 22

2 perfracto *ex* pertr- **B** | eripuisse (*corr. in* erupi- **M**) **VPM** || **3** insculptis (*ex* -as **B**) **FMB** || **5** fortunae *om.* **V** | sedet *Rath* | mammam] mamam notis **LO** mammam Opis *Gulielmius* || **7** sita est **M** sit *codd.: cf. Div. II 89* (quae vocentur errantia) *et Nat. deor. I 34* est *Klotz* | oleo *corr. in* -ea **V** || **8** summam **BFM** | nobilitatem (*corr. in* -te **V**) **ABFMV** || **11—12** tolluntur — monitu *om.* **V** || **11** iis (*ex* his **B**) **AFPB** || **12** ducentur *corr. in* ducu- **A** || **18** vetustas *corr. in* venu- **V** || **21** quo *Davies* || **23—24** ergo hoc divinationis *mg. add. m. alt.* **B** || **25** ad *ex* a **B** | venimus *corr. in* -iamus **B** || **27** idque (*ex* id quod **F**) **MF**

tum reliquit, Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum. nominat etiam Panaetius, qui unus e Stoicis astrologorum 88 praedicta reiecit, Anchialum et Cassandrum, summos
5 astrologos illius aetatis, qua erat ipse, cum in ceteris astrologiae partibus excellerent, hoc praedictionis genere non usos. Scylax Halicarnassius, familiaris Panaeti, excellens in astrologia idemque in regenda sua civitate princeps, totum hoc Chaldaeicum praedicendi genus repu-
10 diavit. sed, ut ratione utamur omissis testibus, sic isti 89 disputant, qui haec Chaldaeorum natalicia praedicta defendunt. vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Graece *ζωδιακός* dicitur, talem, ut eius orbis una quaeque pars alia alio modo moveat inmutetque caelum, per-
15 inde ut quaeque stellae in his finitumisque partibus sint quoque tempore, eamque vim varie moveri ab iis sideribus, quae vocentur errantia; cum autem in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius, qui nascatur, aut in eam, quae coniunctum aliquid habeat aut consen-
20 tiens, ea triangula illi et quadrata nominant. etenim cum tempore anni tempestatumque caeli conversiones commutationesque tantae fiant accessu stellarum et recessu, cumque ea vi solis efficiantur, quae videmus, non veri simile solum, sed etiam verum esse censent perinde,

12 Arat. 544; Cic. Arat. 317 sqq.; Nat. deor. II 53 ‖ **21** Cic. Tusc. I 68; Parad. 51; Nat. deor. I 4; III 16; Aug. Civ. Dei V 6

1 novatione **A** ‖ **2** natale *corr. in* -li **A** ‖ **9** chaldaicum (ai *in ras.*) **A**, *sed cf. Div. II 98* chaldeicum *corr. in* chaldai- **V** ‖ **13** zodiacos (-us **A**) *codd.* ‖ **14** alio] alia **A** ‖ **15** finitimum hisque **A** ‖ **16** his **ABFMP** ‖ **17** vocantur *Marsus* | aut *Thoresen* ‖ **19** quae *ex* qua **B** | habeant, n *exp.* **B** habet *Christ* ‖ **20** ea — nominant *parenth. inclus. Ernesti* | nominant *Marsus* -ent *codd.* | etenim] item *Rath* ‖ **21** tempore anni tempestatumque *codd.*, *crucem praemis. Heeringa* temporum a. tempestatum atque *dubitanter in app. Ax* caeli conversiones tempestatumque (*del.* tempore anni) *Davies* temporum a. temp. *Hottinger, ita Müller in app.* (*sed* ac caeli *coni. coll. Cic. Nat. deor. I 4*) tempore a. tempestatum caelique *Giese, ita Madvig* (*sed* atque caeli *scr.*) ‖ **23** ea] a *corr. in* ea **A** | veri *ex* videri **V** videri **AP**

utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientis animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque eventusque fingi.

43 90 O delirationem incredibilem! non enim omnis error stultitia dicenda est. quibus etiam Diogenes Stoicus 5 concedit aliquid, ut praedicere possint dumtaxat qualis quisque natura et ad quam quisque maxume rem aptus futurus sit; cetera, quae profiteantur, negat ullo modo posse sciri; etenim geminorum formas esse similis, vitam atque fortunam plerumque disparem. Procles et Eurysthe- 10 nes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres fuerunt. at ii nec totidem annos vixerunt; anno enim Procli vita brevior fuit, multumque is fratri rerum gestarum gloria 91 praestitit. at ego id ipsum, quod vir optumus Diogenes Chaldaeis quasi quadam praevaricatione concedit, nego 15 posse intellegi. etenim cum, ut ipsi dicunt, ortus nascentium luna moderetur, eaque animadvertant et notent sidera natalicia Chaldaei, quaecumque lunae iuncta videantur, oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant. docet enim ratio 20 mathematicorum, quam istis notam esse oportebat, quanta humilitate luna feratur terram paene contingens, quantum absit a proxuma Mercuri stella, multo autem longius a Veneris, deinde alio intervallo distet a sole, cuius lumine conlustrari putatur; reliqua vero tria intervalla 25 infinita et inmensa, a sole ad Martis, inde ad Iovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extremum 92 atque ultumum mundi est. quae potest igitur contagio ex

2 Aug. Civ. Dei V 1 ‖ 5 Stoic. Vet. Frag. III Diog. 36 ‖ 9 Pers. 6, 18sq.; Quintil. Inst. orat. IX 4, 24 (gemini fratres); Gell. XIV 1, 26; Aug. Civ. Dei V 1sq.

1 aer *in ras. m. alt.* **A** | orientis *om.* **P** ‖ 2 eaque *corr. in* eoque **B** ‖ 3 figi *corr. in* -ngi **A** ‖ 4 o *supadd. m. alt.* **B** ‖ 6 quali *edd. ant.* ‖ 7 naturae *Davies 'ex cod. Med.'* | natura et ad q. quisque *add. mg. m. alt.* **B** ‖ 9 scire (*corr. in* -ri **B**) **VB** ‖ 10 procles *corr. in* -us **B** proclus **FM** ‖ 12 procli, s *supadd.* **A** ‖ 14 at] ut **V** ‖ 16 cum *Lambinus* cur *codd.* ‖ 20 debent *Davies* ‖ 23 *post* proxuma *ras. habet* **B**

infinito paene intervallo pertinere ad lunam vel potius ad terram?

Quid? cum dicunt, id quod iis dicere necesse est, omnis **44** omnium ortus, quicumque gignantur in omni terra, quae 5 incolatur, eosdem esse, eademque omnibus, qui eodem statu caeli et stellarum nati sint, accidere necesse esse, nonne eius modi sunt, ut ne caeli quidem naturam interpretes istos caeli nosse appareat? cum enim illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum defi- 10 niunt, qui a Graecis *ὁρίζοντες* nominantur, a nobis finientes rectissume nominari possunt, varietatem maxumam habeant aliique in aliis locis sint, necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnis. quodsi eorum vi caelum modo hoc, modo illo modo tem- **93** 15 peratur, qui potest eadem vis esse nascentium, cum caeli tanta sit dissimilitudo? in his locis, quae nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus, at apud Trogodytas, ut scribitur, ante solstitium, ut, si iam concedamus aliquid vim caelestem ad eos, qui in 20 terra gignuntur, pertinere, confitendum sit illis eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimilis incidere naturas propter caeli dissimilitudinem; quod minime illis placet; volunt enim illi omnis eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem condicione nasci.

45 25 Sed quae tanta dementia est, ut in maxumis motibus **94** mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit? quarum rerum in pro-

10 Sen. Nat. quaest. V 17, 3 || **11** Gell. XIV 1, 8; Sext. Empir. V 80 || **17** Sext. Empir. V 84sq. || **25**sq. Cic. Lucull. 119; Fin. V 71; Nat. deor. III 27

3 qui, d *supadd.* **A** | his (is **B**) **MB** || **4** gignuntur **M** || **6** sunt **MP** || **10** orizontes *codd.* | finientes *corr. in* -tis **B** finientis **F** finiendis (*corr. in* -di **V**) **APV** || **14** hoc modo illo modo *mg. add. m. alt.* **A** || **15** eadem sors (*vel* vita) *Davies* || **16** in iis **VP** || **17** solisticium (-tium **VP**) **AVP** || **18** ad (*del.*) apud **V** | troglodytas *Ven. 1496*, *vulgo* | scriptur *corr. in* scrib-, *inde in* scribi- **B** | solisticium **A** || **21** incedere (*corr. in* inci- **AVF**) **BPAVF** || **23** illi] illis, s *del.* **V** | omni (*corr. in* -es **AV**) **PAV** || **24** sint *corr. in* sunt **V**

xumis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tusculi, alia Romae eveniat saepe tempestas; quod, qui navigant, maxume animadvertunt, cum in flectendis promunturiis ventorum mutationes maxumas saepe sentiunt. haec igitur cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli, 5 estne sanorum hominum hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere, quod non certe pertinet, illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intellegi autem vix potest, quae a luna ceterisque sideribus caeli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? quid? quod non intel- 10 legunt seminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est? quis enim non videt et formas et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos? quod non contingeret, si haec non vis et natura gignentium efficeret, 15 95 sed temperatio lunae caelique moderatio. quid? quod uno et eodem temporis puncto nati dissimilis et naturas et vitas et casus habent, parumne declarat nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? nisi forte putamus neminem eodem tempore ipso et conceptum et natum, quo 20 Africanum. num quis igitur talis fuit?

46 96 Quid? illudne dubium est quin multi, cum ita nati essent, ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur ab natura, cum se ipsa revocasset, aut arte atque medicina? ut, quorum linguae 25 sic inhaererent, ut loqui non possent, eae scalpello resectae liberarentur. multi etiam naturae vitium medi-

16 Ambros. Hexaem. IV 14; Aug. Civ. Dei V 7

3 animadvertant **BVFP** | promumtoriis *ex* -turi **B** ‖ **4** mutationes *ex* -nibus **A** ‖ **7** quod non certe pert. *insiticia habuit Hottinger* (*coll. Div. II 21* certe potuit)*; def. Madvig* (*Emend. in Cic. libr. philos., Acta Haun. 1826, p. 36 sqq.*) *et Vahlen* (*Opusc. Acad. II, p. 329 sq.*) quod certe non pert. *Schütz* quod certe pert. *Davies* ‖ **8** sentiri *ex* -re **F** ‖ **18** declarat *Davies* -ant *codd.* | agendam *ex* -dum **A** ‖ **22** ita *supadd. m. alt.* **B** ‖ **24** ab] aut *Davies* aut ab *Plasberg* | ipse (*corr. in* -sa **V**) **PV** ‖ **25** atque (*exp.*) *supscr.* aut *m. alt.* **V** | ut] aut (*ex* ut **B**) *codd.* ‖ **26** inhaerent **V** | eae *Manutius* hae *codd.* ‖ **27** multa *corr. in* -ti **F** multe *corr. in* -ti **L** multae **A**

tatione atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenem scribit Phalereus, cum rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissume diceret. quodsi haec astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset. quid?
5 dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est, quid inter Indos et Persas, Aethiopas et Syros differat corporibus, animis, ut incredibilis varietas dissimilitudoque sit. ex quo intellegitur plus terrarum situs quam 97
10 lunae tactus ad nascendum valere. nam quod aiunt quadringenta septuaginta milia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt; si enim esset factitatum, non esset desitum; neminem autem habemus auctorem, qui id aut
15 fieri dicat aut factum sciat.

Videsne me non ea dicere, quae Carneades, sed ea, quae 47 princeps Stoicorum Panaetius dixerit? ego autem etiam haec requiro: omnesne, qui Cannensi pugna ceciderint, uno astro fuerint; exitus quidem omnium unus et idem
20 fuit. quid? qui ingenio atque animo singulares, num astro quoque uno? quod enim tempus, quo non innumerabiles nascuntur? at certe similis nemo Homeri. et, si ad rem 98 pertinet, quo modo caelo adfecto compositisque sideribus

1 Q. Cic. Comm. petit. 2; Dion. Halic. Dem. 53; Plut. Dem. 9.11; Philodem. Rhet. I 196—97 S.; de rho litt. cf. Cic. De orat. I 260; Quintil. Inst. orat. I 11, 4sq.; Val. Max. VIII 7, ext. 1; Plut. Dem. 6; Diog. Laert. II 108; Hieron. adv. Ruf. I 17

3 fecisset **BF** || **6** rationem *corr. in* orationem **B** || **7** Aethiopas et **O**, *Ven.* et aethiopas *codd.* || **8** ut *om.* **V** || **10** luna (*corr. in* -ne) actus (*ex* tact-) **B** lunae actus **FM** luna tactus **A** lunae status *Clericus* || **9.10** terrae tractus quam lunae situs *Rath* || **11** pereclitandis **A** || **12** quicum, que *supadd.* **A** | babiloniis *corr. in* -ios **B** || **13** enim *supadd.* **B** | esset[2]] esse (*corr. in* -et **VF**) **ABPVF** || **14** quid (*corr. in* qui id **AV**) **PAV** | id *del. Orelli* || **17** princeps *ex* -pes **V** || **18** hoc *Rom.*, *Ven.* | omnes neque *corr. in* omnesne qui **B** | ceciderunt *ex* -rint **V** || **20** num] non **M** || **21** quoque] aeque *Rom.* || **22** nascantur *Rom.*, *Ven. et cod. Salisburg. teste Peasio*

quodque animal oriatur, valeat id necesse est non in hominibus solum, verum in bestiis etiam; quo quid potest dici absurdius? L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaeicis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, 5 quibus eam a Romulo conditam accepimus, Romamque, in iugo cum esset luna, natam esse dicebat nec eius fata
99 canere dubitabat. o vim maxumam erroris! etiamne urbis natalis dies ad vim stellarum et lunae pertinebat? fac in puero referre, ex qua adfectione caeli primum spiritum 10 duxerit; num hoc in latere aut in caemento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? sed quid plura? cotidie refelluntur. quam multa ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Caesari a Chaldaeis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum clari- 15 tate esse moriturum! ut mihi permirum videatur quemquam exstare, qui etiam nunc credat iis, quorum praedicta cotidie videat re et eventis refelli.

48
100 Restant duo divinandi genera, quae habere dicimur a natura, non ab arte, vaticinandi et somniandi; de quibus, 20 Quinte, inquam, si placet, disseramus. 'mihi vero' inquit 'placet; his enim, quae adhuc disputasti, prorsus adsentior, et, vere ut loquar, quamquam tua me oratio confirmavit, tamen etiam mea sponte nimis superstitiosam de divinatione Stoicorum sententiam iudicabam; haec me 25 Peripateticorum ratio magis movebat et veteris Dicaearchi et eius, qui nunc floret, Cratippi, qui censent esse

3 Plut. Rom. 12; Lyd. Mens. I 14; Solin. I 18 || **13** Cic. Div. II 22—24; 53

1—2 non — bestiis *om.* **V**, *mg. scr.* in rebus inanimis, *quae post* etiam *addenda signif.: ita in textu rec. Klotz, qui tamen etiam* et, si in bestiis valet, valeat id necesse est etiam in rebus inanimis *post* bestiis *script. coni.* || **4** chaldaicis (*ex* chaldei- **V**) **MV**; *sed cf. Div. II 88* || **5** his **BFMP** || **7.8** fata tenere **V** || **10** ex *del. Davies* | effectione **V** || **13** ergo *ex* ego **B** || **14** memini (*ex* nem-) **V** nemini **P** || **15** *cf. Giomini*[5] *p. 28* || **17** credit *corr. in* -at **F** | his (is **A**) **MA** || **18** eventis *corr. in* -us *m. alt.* **V** || **20** divinandi (*exp.*) *supscr.* vaticinandi **M** || **23** me *om.* **A** || **25** haec *corr. in* ac **V**

in mentibus hominum tamquam oraclum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore divino incitatus animus aut somno relaxatus solute moveatur ac libere. his de generibus quid sentias et quibus ea rationibus infirmes,
5 audire sane velim.' **49**

Quae cum ille dixisset, tum ego rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere. 'non ignoro', inquam, 'Quinte', te semper ita sensisse, ut de ceteris divinandi generibus dubitares, ista duo, furoris et somnii, quae a libera mente
10 fluere viderentur, probares. dicam igitur, de istis ipsis duobus generibus mihi quid videatur, si prius, et Stoicorum conclusio rationis et Cratippi nostri quid valeat, videro. dixisti enim et Chrysippum et Diogenem et Antipatrum concludere hoc modo: 'si sunt di neque ante de-
15 clarant hominibus, quae futura sint, aut non diligunt homines aut, quid eventurum sit, ignorant aut existumant nihil interesse hominum scire, quid sit futurum, aut non censent esse suae maiestatis praesignificare hominibus, quae sunt futura, aut ea ne ipsi quidem di significare
20 possunt. at neque non diligunt nos (sunt enim benefici generique hominum amici), neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt; neque nostra nihil interest scire ea, quae futura sunt (erimus enim cautiores, si sciemus), neque hoc alienum ducunt maiestate
25 sua (nihil est enim beneficentia praestantius), neque non possunt futura praenoscere. non igitur di sunt nec significant nobis futura. sunt autem di; significant ergo. et non, si significant futura, nullas dant vias nobis ad significationum scientiam (frustra enim significarent), nec,
30 si dant vias, non est divinatio: est igitur divinatio.' o

(101 at line 6; 102 at line 20; 103 at line 30)

9 ita **AVP** || **11** et *om.* **V** || **12** conclusi (*corr. in* -sio) orationis **B** || **13** dixero (*ex* videro *m. alt.* **B**) **FMB** || **14sqq.** *cf. Div. I 82sq.* || **17** hominem *codd.* (-um *duo codd. Oxon. apud Rathium*); *sed* hominum *trad. codd. ad Div. I 82, unde corr. hic Lambinus* || **19** sint *codd.*, *sed* sunt *trad. codd.* (*praeter* **H**) *ad Div. I 82, unde corr. hic Ven.* | designificare (*corr. in* dii signi- **V**) **AV** || **22** sint **FM** || **23** quae eventura sint *codd. ad Div. I 82* | sint **BVFP**, *cf. codd. ad Div. I 82* || **24** dicunt (*ita* **P**) *corr. in* du- **AVB** || **26** nec] non, *supscr.* nec **M** || **29** nec] neque **P** || **30** est igitur divinatio *mg. add. m. alt.* **A**

acutos homines! quam paucis verbis confectum negotium putant! ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. conclusio autem rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur.

50 Videsne Epicurum, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici, quem ad modum, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse concluserit? 'quod finitum est', inquit, 'habet extremum.' quis hoc non dederit? 'quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus.' hoc quoque est concedendum. 'at, quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus.' ne hoc quidem negari potest. 'nihil igitur cum habeat extremum, infinitum sit necesse est.' videsne, ut ad rem dubiam concessis rebus pervenerit? hoc vos dialectici non facitis, nec solum ea non sumitis ad concludendum, quae ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatur quod velitis. primum enim hoc sumitis: 'si sunt di, benefici in homines sunt.' quis hoc vobis dabit? Epicurusne? qui negat quicquam deos nec alieni curare nec sui; an noster Ennius? qui magno plausu loquitur adsentiente populo:

> égo deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
> séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus.

et quidem, cur sic opinetur, rationem subicit; sed nihil est necesse dicere, quae sequuntur; tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo, quod dubium controversumque sit.

51 Sequitur porro, nihil deos ignorare, quod omnia sint ab iis constituta. hic vero quanta pugna est doctissumo-

7 Diog. Laert. X 41 || 19 Cic. Leg. I 21; Nat. deor. I 45; Diog. Laert. X 139

2 his **M** || 7 esse[1] *del. Madvig* | id infinitum *Aldus* infinitum (*om.* id) **M** id (*corr. in* in) finitum **F** id finitum *cett. codd.* || 8 habet *supadd.* **B** || 10—11 hoc quoque — extrinsecus *om.* **V** || 13 a concessis *Müller* || 14 non dubiis *post* rebus *add. Hottinger* || 19 negat, *inde ras. duar. litt.* **AB** negat n (*del.*) **V** || 22—23 *Enn. Scaen. 316 sq.* (*ex 'Telamone'*) || 26 contraversumque **ABFMP** || 27 *ante* sit *duas litt.* (*fort.* po) *eras.* **P** || 29 ab his **M** | est *ex* sit **B**

rum hominum negantium esse haec a dis inmortalibus constituta! at nostra interest scire ea, quae eventura sint. magnus Dicaearchi liber est nescire ea melius esse quam scire. negant id esse alienum maiestate deorum,
5 scilicet casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat. 'neque non possunt futura praenoscere.' 106
negant posse ii, quibus non placet esse certum quid futurum sit. videsne igitur, quae dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? deinde contorquent et ita concludunt:
10 'non igitur et sunt di nec significant futura'; id enim iam perfectum arbitrantur. deinde adsumunt: 'sunt autem di', quod ipsum non ab omnibus conceditur. 'significant ergo.' ne id quidem sequitur; possunt enim non significare et tamen esse di. 'nec, si significant, non dant vias aliquas
15 ad scientiam significationis.' at id quoque potest, ut non dent homini, ipsi habeant; cur enim Tuscis potius quam Romanis darent? 'nec, si dant vias, nulla est divinatio.' fac dare deos, quod absurdum est; quid refert, si accipere non possumus? extremum est: 'est igitur divinatio.' sit
20 extremum, effectum tamen non est; ex falsis enim, ut ab ipsis didicimus, verum effici non potest. iacet igitur tota conclusio.

52 107
Veniamus nunc ad optumum virum, familiarem nostrum, Cratippum. 'si sine oculis' inquit 'non potest
25 exstare officium et munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere, qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet sensum oculorum vera cernentium. item igitur, si sine divinatione non potest

2 scribere (*exp.*) *supscr.* scire **A** scire *ex* scribere **V**: *cf. Cic. Tim. 38* ‖ **3** sint] sunt *Baiter; sed cf. Div. I 82, quamvis hic ficti adversarii obiectionem Tullius ponat* ‖ **5** casas *corr. in* cau- **B** causas **F P** causa *corr. in* -as **V** | somnium, s *eras.* **V** ‖ **8** sunt **P** | sumere (*p. corr.*) ipsos pro certis (sos pro c *in ras. scr.*) **V** ‖ **10** et (*exp.*) sunt **F** ‖ **11** adsumant **A** ‖ **13** enim] etiam **P** ‖ **14** si *supadd.* **V**, *om.* **P** | significent **AVMP** | dant **O**, *ita mg. ed. Lambin.* dare *codd., def. Ax* (significent *scr.*) *ut orat. obliq., omisso dicendi verbo vel subaud.* possunt *ex lin. 13; cf. Philippson p. 347* ‖ **19** extremum est: est *Davies ex codd. Cantabr. et Reg.* extremum est *codd.* ‖ **19.20** igitur divinatio sit extremum *in calce add. m. alt.* **V** ‖ **24 sqq.** *cf. Div. I 71* ‖ **24** si *om.* **M**

officium et munus divinationis exstare, potest autem, cum quis divinationem habeat, errare aliquando nec vera cernere, satis est ad confirmandam divinationem semel aliquid ita esse divinatum, nihil ut fortuito cecidisse videatur. sunt autem eius generis innumerabilia; esse igitur 5 divinationem confitendum est.' festive et breviter; sed cum bis sumpsit, quod voluit, etiamsi faciles nos ad concedendum habuerit, id tamen, quod adsumit, concedi
108 nullo modo potest. 'si' inquit 'aliquando oculi peccent, tamen, quia recte aliquando viderunt, inest in iis vis 10 videndi; item, si quis semel aliquid in divinatione dixerit, is, etiam cum peccet, tamen existumandus sit habere vim divinandi.'

53 Vide, quaeso, Cratippe noster, quam sint ista similia; nam mihi non videntur. oculi enim vera cernentes utun- 15 tur natura atque sensu, animi, si quando vel vaticinando vel somniando vera viderunt, usi sunt fortuna atque casu; nisi forte concessuros tibi existumas eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquod somnium verum evaserit, non id fortuito accidisse. sed demus tibi istas duas 20 sumptiones (ea quae *λήμματα* appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus), adsumptio tamen (quam
109 *πρόληψιν* iidem vocant) non dabitur. adsumit autem Cratippus hoc modo: 'sunt autem innumerabiles praesensiones non fortuitae.' at ego dico nullam (vide, quanta 25 sit controversia); iam adsumptione non concessa nulla

9 cum *ante* aliquando *add. Madvig* ‖ **10** viderunt *Madvig* -int *codd.* | his **BFM** ‖ **11** in divinatione *om.* **PO**, *ut glossam del. Gruter* de div. *codd. Cantabr. et Reg. teste Davisio* | aliquid divinatione (*'ablativus modum denotat'*) *Davies, qui* si quis sem. aliq. divinarit *coni.* in div. viderit *Hottinger* (*sed* viderit *iam scr. Alemannus 'ex cod. Reg.'*) | dispexerit *Müller* vere dixerit *Lambinus* ‖ **14** dissimilia **M** ‖ **15—17** oculi — casu *habet* **R** ‖ **16** si *om.* **V** ‖ **17** usi] visi, *supscr.* usi *m. alt.* **V** ‖ **19** quando vel vaticinando aliquid somnium (*ex* -num) **V** ‖ **20** fortuitu **BF** ‖ **21** lemmata *codd.* ‖ **22** adsumptio *Pearce: cf. lin. 26 et Cic. Inv. I 67* praesensio *codd., fort. ex* praesensiones *lin. 24; 'Glossem zu dem falschen* prolemsin (*statt* prosl-)' *Philippson* ‖ **23** prolem(p)sin *codd. πρόσληψιν Ernesti*

conclusio est. at inpudentes sumus, qui, cum tam perspicuum sit, non concedamus. quid est perspicuum? 'multa vera' inquit 'evadere.' quid, quod multo plura falsa? nonne ipsa varietas, quae est propria fortunae, for-
5 tunam esse causam, non naturam esse docet? deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, vera est (tecum enim mihi res est), nonne intellegis eadem uti posse et haruspices et fulguratores et interpretes ostentorum et augures et sortilegos et Chaldaeos? quorum generum nullum est, ex
10 quo non aliquid, sicut praedictum sit, evaserit. ergo aut ea quoque genera divinandi sunt, quae tu rectissume inprobas, aut, si ea non sunt, non intellego, cur haec duo sint, quae relinquis. qua ergo ratione haec inducis, eadem illa possunt esse, quae tollis. **54**
15 Quid vero habet auctoritatis furor iste, quem divinum **110** vocatis, ut, quae sapiens non videat, ea videat insanus, et is, qui humanos sensus amiserit, divinos adsecutus sit? Sibyllae versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur. quorum interpres nuper falsa quadam hominum fama
20 dicturus in senatu putabatur eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. hoc si est in libris, in quem hominem et in quod tempus est? callide enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset, praedictum videretur
25 hominum et temporum definitione sublata. adhibuit etiam **111** latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. non esse autem illud carmen furentis cum ipsum poema declarat (est enim magis artis et diligentiae quam incitationis et motus), tum
30 vero ea, quae ἀκροστιχίς dicitur, cum deinceps ex

8 Non. 63, 19; Serv. ad Verg. Aen. III 359 || **19** Plut. Caes. 60; Appian. Bell. civ. II 110; Suet. Iul. 79; Dio Cass. XXXXIV 15, 3

5 esse[2] *del. Davies ex codd. Cantabr. et Reg.; ita coni. Marsus* || **7** non *supadd.* ne *m. alt.* **A** || **13** sunt **A** || **17** adsecutus *ex* -tos **VB** || **18** observemus *Rath* || **19** quadam *Lambinus, ita codd. dett. apud Moserum* quaedam *codd.* || **20** *cf. Giomini*[5] *p. 30 sq.* || **21** habeamus (*corr. in* habeba- **M**) **PM** || **22** in[3] *supadd.* **B** || **30** acrostichis (acrosth- **AV**, -cis **P**) *codd.*

primis versus litteris aliquid conectitur, ut in quibusdam Ennianis: Q. Ennius fecit. id certe magis est attenti animi
112 quam furentis. atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris [illius sententiae] carmen omne praetexitur. hoc scriptoris est, non furentis, adhibentis 5 diligentiam, non insani. quam ob rem Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus, ut, id quod proditum est a maioribus, iniussu senatus ne legantur quidem libri valeantque ad deponendas potius quam ad suscipiendas religiones; cum antistitibus agamus, ut quidvis potius 10 ex illis libris quam regem proferant, quem Romae posthac nec di nec homines esse patientur.

55 At multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra:

iamque mari magno . . .

eademque paulo post: 15

eheu videte . . .

113 num igitur me cogis etiam fabulis credere? quae delectationis habeant quantum voles, verbis sententiis numeris cantibus adiuventur; auctoritatem quidem nullam debemus nec fidem commenticiis rebus adiungere. eodemque 20 modo nec ego Publicio nescio cui nec Marciis vatibus nec Apollinis opertis credendum existimo; quorum partim ficta aperte, partim effutita temere numquam ne mediocri

3 Aug. Civ. Dei XVIII 23

1 primis (*ex* -mi) versus **V** primi versus **ABFMP** primis versuum *codd. dett. apud Moserum, ita coni. Auratus* primis cuiusque versus *Christ* primis primi cuiusque versus *Müller* ‖ **2** Ennianis] epigrammatis *Rath* | Q. *Auratus* quae *codd., ut glossam del. Manutius* ‖ **3** atque] aeque *Gruter* ‖ **4** sententia **B** | illius sententiae *prava repetitio atque interpretatio praeced. loci* cuiusque sententiae *videntur, idcirco delenda putamus cod.* **P** *fide, qui* primis litteris illius sententiae *om.* ex primis versuum cuiusque sententiae litteris *Auratus praeeunte libro Puteaneo* ex primis cuiusque versus litteris *Lambinus* ‖ **5** pertexitur *Davies* ‖ **8** neglegantur *corr. in* nec le- **F** ‖ **10** religionis **B** ‖ **11** posthaec (*ex* -hac **B**) **AFMB** ‖ **14** iam quae **A**, *sed cf. Div. I 67* ‖ **15** paulo post] populo **V** ‖ **16** *cf. Div. I 114* ‖ **17** delectationis *Ven.* -nes *codd.* ‖ **23** ficta *ex* fac- **B** | mediocriter idem *corr. in* mediocri quidem **A** quidem *supadd. m. alt.* **B**

quidem cuiquam, non modo prudenti probata sunt. quid? 114
inquies, remex ille de classe Coponi nonne ea praedixit,
quae facta sunt? ille vero, et ea quidem, quae omnes eo
tempore ne acciderent timebamus. castra enim in Thessa-
5 lia castris conlata audiebamus, videbaturque nobis exer-
citus Caesaris et audaciae plus habere, quippe qui patriae
bellum intulisset, et roboris propter vetustatem; casum
autem proelii nemo nostrum erat quin timeret, sed, ita ut
constantibus hominibus par erat, non aperte. ille autem
10 Graecus, quid mirum, si magnitudine timoris, ut plerum-
que fit, a constantia atque a mente atque a se ipse dis-
cessit? qua perturbatione animi, quae, sanus cum esset,
timebat ne evenirent, ea demens eventura esse dicebat.
utrum tandem, per deos atque homines, magis veri simile
15 est vesanum remigem an aliquem nostrum, qui ibi tum
eramus, me, Catonem, Varronem, Coponium ipsum, con-
silia deorum inmortalium perspicere potuisse?

Sed iam ad te venio, 56 115

o sáncte Apollo, qui úmbilicum cértum terrarum
20 óbsides,
únde superstitiósa primum saéva evasit vóx fera.

tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit
partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ut fit in
omni oratione saepissime, partim flexiloquis et obscuris,
25 ut interpres egeat interprete et sors ipsa ad sortes refe-
renda sit, partim ambiguis et quae ad dialecticum defe-
rendae sint. nam cum illa sors edita est opulentissumo regi
Asiae:

19 Varr. L. L. VII 17 || **22** Stoic. Vet. Frag. II 1214

2 declasse *corr. in* -clarasse *m. alt.* **B** declarasse **FM** | coponii *ex* -ni **A** componi **P** || **8** quiñ *ex* qui **V** || **11** ipso **M**, *ita ex* ipse **F** || **15** est] sit **A** || **16** copinium **V** || **17** respicere **AVP** || **19** *hos duos vv. ex inc. incertor. fab. (19—20) habuit Ribbeck ('dubium vix est quin Enniana haec sint'); fere ad litteram ex Eurip. Or. 591 sq. Cicero restituisse videtur* | o *del. Gruter, ut v. fieret trochaicus* || **20** optines *Varro* || **21** unde haec *Lambinus, ut uterque v. paribus incederet pedibus* || **26** deferenda *ex* -de **V**

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim,

hostium vim se perversurum putavit, pervertit autem
116 suam. utrum igitur eorum accidisset, verum oraclum fuisset. cur autem hoc credam umquam editum Croeso? 5
aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? num minus ille potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum:

aio te, Aeacida, Romanos vincere posse? 10

primum Latine Apollo numquam locutus est; deinde ista sors inaudita Graecis est; praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat; postremo, quamquam semper fuit, ut apud Ennium est,

stolidum genus Aeacidarum, 15
bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes,

tamen hanc amphiboliam versus intellegere potuisset, 'vincere te Romanos' nihilo magis in se quam in Romanos valere; nam illa amphibolia, quae Croesum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere, haec vero ne Epicurum 20
quidem.

1—4 Arist. Rhet. III 5, p. 1407a 39; Herodt. I 53sq.; 86; 91; Calcid. Comm. ad Plat. Tim. 169; Hieron. in Isai. XII 41, p. 504 A V.; Suda s. v. *Λοξίας* || **10** Quintil. Inst. orat. VII 9, 6; Minuc. 26, 6; Aurel. Vict. Vir. ill. 35, 1; Aug. Civ. Dei III 17; Hieron. in Isai. XII 41, p. 504 A V.; Porphyr. ad Hor. Art. poet. 403; Charis. Ars gramm. IV 1, p. 357, 30; Diomed. G. L. K. II 450, 3; Donat. G. L. K. IV 221, 11; Vell. Long. G. L. K. VII 55, 24; Prisc. Ars gramm. XVIII, G. L. K. III 234, 21; Isid. Orig. I 33, 13 || **15—16** Hesiod. frg. 203 M.-W.

1 *Cic. Poet. frag. 90: cf. Arist. Rhet. III 5, p. 1407a 39; Herod. I 53sq., 86, 91. de hoc oraculo cf. Pease p. 538* || **3** sese *ex* se **V** || **6** dicam **P** || **7** pyrpho (*corr. in* -rho) **B**) **AB** || **10** *Enn. Ann. 179* || **15—16** *Enn. Ann. 180sq. cf. Kvičala, Zeitschr. österr. Gymnas. 1906, 101sqq.* || **16** sapienti (*inde supadd.* ae) potentes **V** || **17** amphibologiam **M** (*ita in lin. 19, ex* -bolia)

57 117 Sed, quod caput est, cur isto modo iam oracla Delphis non eduntur non modo nostra aetate, sed iam diu, ita ut iam nihil possit esse contemptius? hoc loco cum urguentur, evanuisse aiunt vetustate vim loci eius, unde anheli-
5 tus ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracla ederet. de vino aut salsamento putes loqui, quae evanescunt vetustate; de vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam divina; quae quo tandem modo evanuit? vetustate, inquies. quae vetustas est, quae vim divinam
10 conficere possit? quid tam divinum autem quam adflatus e terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat, ut ea non modo cernat multo ante, sed etiam numero versuque pronuntiet? quando ista vis autem evanuit? an postquam homines minus creduli esse
15 coeperunt? 118 Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope trecentos fuit, iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est quasi cum Philippo facere. hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret; quod licet existumare in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri
20 fuisse. sed nescio quo modo isti philosophi superstitiosi et paene fanatici quidvis malle videntur quam se non ineptos. evanuisse mavultis et extinctum esse id, quod, si um-

16 Aeschin. Ctes. 130; Plut. Dem. 20; Minuc. 26, 6

1 quo **A** ‖ **2.3** sed iam diu, ita ut iam *nos* sed iam diu (*supadd. m. alt.* **B**) tantum (*om.* **B F M**) modo iam ut (ut modo **B F M**, *sed* modo *supadd. m. alt.* **B**) *codd.* sed iam diu iam ut *Ven. et pler. editt., qui illud* iam *idem paene sonare quod* adeo *existim.* sed iam diu, ut modo *Victorius* sed iam diu ta<ce>nt adeo ut *Pohlenz* tantum modo iam *crucib. inclus. Ax* ‖ **3** urguentur, u *del.*, **ABV** urgentur *cett. codd.* ‖ **5** quod (*corr. in* quo **V**) **APV** quo *ex* qã (*sed* ã *vix leg.*) **B** | phytia **AVMP** ‖ **6** divino (*corr. in* de vi- **A**) **BVFMPA** ‖ **7** naturali *ex* -le **B** ‖ **12** *de pronom. neutr. usu* (ea) *cum verbo* res *congruentis* (rerum futurarum) *cf. Löfstedt, Arnobiana, p. 83* ‖ **14** credulis, s *exp.* **A** ‖ **16** φιλιππίζειν *mg. m. alt.* **M** philippizin (fi- **AP**) *codd.* ‖ **16–17** id est quasi cum Phil. facere *glossam habuerunt editt. ante Davisium* ‖ **18** a *supadd. m. alt.* **B** | quod, d *exp.* **A** quo (*ex* qã, *quantum leg.*, **B**) **FB** ex quo *mg. ed. Lambin.* | quod *ut sententiarum coniunctionem adhibuit Cic. Div. II 127, Lucull. 79, Nat. deor. II 93*

quam fuisset, certe aeternum esset, quam ea, quae non sunt credenda, non credere.

58 119 Similis est error in somniis; quorum quidem defensio repetita quam longe est! divinos animos censent esse nostros, eosque esse tractos extrinsecus, animorumque 5 consentientium multitudine completum esse mundum; hac igitur mentis et ipsius divinitate et coniunctione cum externis mentibus cerni, quae sint futura. contrahi autem animum Zeno et quasi labi putat atque concidere, et ⟨id⟩ ipsum esse dormire. iam Pythagoras et Plato, locuple- 10 tissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent; faba quidem Pythagorei utique abstinere, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur. sed nescio quo modo nihil tam absurde dici potest, quod non dica- 15 120 tur ab aliquo philosophorum. utrum igitur censemus dormientium animos per sene ipsos in somniando moveri an, ut Democritus censet, externa et adventicia visione pulsari? sive enim sic est sive illo modo, videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris. nam et navigantibus 20 moveri videntur ea, quae stant, et quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernae lumina. quid dicam insanis, quid ebriis quam multa falsa videantur? quodsi eius modi visis credendum non est, cur somniis credatur nescio. nam tam licet de his erroribus, si velis, quam de 25 somniis disputare, ut ea, quae stant, si moveri videantur, terrae motum significare dicas aut repentinam aliquam

9 Stoic. Vet. Frag. I 130; Diog. Laert. VII 158; Aët. Plac. V 24, 4 || **15** Varr. Menipp. 122 || **18** Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 137; Aët. Plac. V 2, 1 || **20** Lucr. IV 385 sqq.; Cic. Lucull. 81; Sen. Nat. quaest. VII 25, 7 || **21** Arist. Insomn. 3, p. 461b 31; Lucr. IV 447 sqq.; Cic. Lucull. 80; Sext. Empir. adv. Math. VII 192

1 quae *supadd. m. alt.* **B** || **7** et[1] *eras.* **A** || **8** sunt **P** || **9—10** et id ipsum *Schütz* (*cf. Div. I 104*) et ipsum *codd.* id ipsum *Rath* || **11** somniis (*p. corr.* **B**) **F B** | videmus *corr. in* videa- **M** || **26** si moveri (*ex* mode- **F**) **M F** moveri (moderi **B**) *cett. codd.*

fugam, gemino autem lucernae lumine declarari dissensionem ac seditionem moveri.

59 121 Iam ex insanorum aut ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt, quae futura videantur. quis 5 est enim, qui totum diem iaculans non aliquando conliniet? totas noctes somniamus, neque ulla est fere, qua non dormiamus, et miramur aliquando id, quod somniarimus, evadere? quid est tam incertum quam talorum iactus? tamen nemo est, quin saepe iactans Venerium 10 iaciat aliquando, non numquam etiam iterum ac tertium. num igitur, ut inepti, Veneris id impulsu fieri malumus quam casu dicere? quodsi ceteris temporibus falsis visis credendum non est, non video, quid praecipui somnus habeat, in quo valeant falsa pro veris. 122 quodsi ita natura 15 paratum esset, ut ea dormientes agerent, quae somniarent, adligandi omnes essent, qui cubitum irent; maiores enim quam ulli insani efficerent motus somniantes. quodsi insanorum visis fides non est habenda, quia falsa sunt, cur credatur somniantium visis, quae multo etiam pertur- 20 batiora sunt, non intellego; an quod insani sua visa coniectori non narrant, narrant qui somniaverunt? quaero etiam, si velim scribere quid aut legere aut canere vel voce vel fidibus aut geometricum quiddam aut physicum aut dialecticum explicare, somniumne exspectandum sit, 25 an ars adhibenda; sine qua nihil earum rerum nec fieri nec expediri potest. atqui, ne si navigare quidem velim, ita gubernem, ut somniaverim; praesens enim poena sit. 123 qui igitur convenit aegros a coniectore somniorum potius quam a medico petere medicinam? an Aesculapius, an 30 Serapis potest nobis praescribere per somnum curationem

2 moveri *del. Baiter* moneri *Pohlenz* || **4** *post* videantur *lac. pos. Christ; contra Drechsler, Wien. Stud. 1886, p. 168, qui tamen verba* quis est — conliniet *post* evadere (*lin. 8*) *collocanda cens.* || **6** somniamus] dormimus *Muretus* (*Var. lect. VI 16*), *qui pro* dormiamus (*lin. 7*) *coni.* somniemus || **7** somniarimus *ex* -remus **B** || **15** egerent *corr. in* age- **A** || **19** quae *corr. in* qui **V** | perturbatiores **V** || **27** gubernem *Wesenberg* gubernarem *codd.* || **28** quid **V** || **30** somnium (i *eras.* **A**) **BVFPA**

valetudinis, Neptunus gubernantibus non potest? et si sine medico medicinam dabit Minerva, Musae scribendi, legendi, ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt? at si curatio daretur valetudinis, haec quoque, quae dixi, darentur; quae quoniam non dantur, medicina non datur; qua sublata tollitur omnis auctoritas somniorum. 5

60 124 Sed haec quoque in promptu fuerint; nunc interiora videamus. aut enim divina vis quaedam consulens nobis somniorum significationes facit, aut coniectores ex quadam convenientia et coniunctione naturae, quam vocant *συμπάθειαν*, quid cuique rei conveniat [ex somniis] et quid quamque rem sequatur, intellegunt, aut eorum neutrum est, sed quaedam observatio constans atque diuturna est, cum quid visum secundum quietem sit, quid evenire et quid sequi soleat. primum igitur intellegendum est nullam vim esse divinam effectricem somniorum. atque illud quidem perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci a numine deorum; nostra enim causa di id facerent, 125 ut providere futura possemus. quotus igitur est quisque, qui somniis pareat, qui intellegat, qui meminerit? quam multi vero, qui contemnant eamque superstitionem inbecilli animi atque anilis putent! quid est igitur, cur his hominibus consulens deus somniis moneat eos, qui illa non modo cura, sed ne memoria quidem digna ducant? nec enim ignorare deus potest, qua mente quisque sit, nec 10 15 20 25

1 gubernationis *Ursinus* gubernationem *Davies* | si *del. Orelli, Klotz* || **3** ceterarumque (*sed* que *supadd.*) **V** | somnientibus **A** || **4** at *ex* aut **M** || **8** quoque *codd.; del. pler. editt., ex* haec quoque (*lin. 4*) *iterat.: sed cf.* quaero etiam (*p. 135, 21*) cuique *Herelius; contra Madvig ad Cic. Fin. I 12* | promtu *ex* -tum **B** | sed haec quae in pr. fuerunt omittamus; nunc *Delaruelle p. 252 sq.* || **12** sympathian (-thiam **B F**) *codd.* | quicque *corr. in* quid cuique **B** | ex somniis *del. Davies; contra Wopkens, qui ea ad praeced.* quid *refert coll. Div. II 134* (id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse) || **16** quid *supadd.* **P** || **18** nullã vĩ (*ex* vis), *mg.* nullas vis **V** || **18.19** proficiscentia *corr. in* -sci a **A** || **22** contempnant *ex* -at **A** | eam, que *supadd.* **B** || **23** animis *corr. in* anilis **V** || **25** modo (*inde supadd.* non) cura (*corr. in* -ant *m. alt.*) **V**

frustra ac sine causa quid facere dignum deo est, quod abhorret etiam ab hominis constantia. ita, si pleraque somnia aut ignorantur aut neglegùntur, aut nescit hoc deus aut frustra somniorum significatione utitur; et ho-
5 rum neutrum in deum cadit; nihil igitur a deo somniis significari fatendum est.

61 126 Illud etiam requiro, cur, si deus ista visa nobis providendi causa dat, non vigilantibus potius det quam dormientibus. sive enim externus et adventicius pulsus ani-
10 mos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur, sive quae causa alia est, cur secundum quietem aliquid videre, audire, agere videamur, eadem causa vigilantibus esse poterat; idque si nostra causa di secundum quietem facerent, vigilantibus idem facerent, prae-
15 sertim cum Chrysippus Academicos refellens permulto clariora et certiora esse dicat, quae vigilantibus videantur, quam quae somniantibus. fuit igitur divina beneficentia dignius, cum consulerent nobis, clariora visa dare vigilanti quam obscuriora per somnum. quod quoniam
20 non fit, somnia divina putanda non sunt. 127 iam vero quid opus est circumitione et anfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum, potius quam derecto deus, siquidem nobis consulebat, 'hoc facito, hoc ne feceris' diceret idque visum vigilanti potius quam dormienti daret?

25 62 Iam vero quis dicere audeat vera omnia esse somnia? 'aliquot somnia vera', inquit Ennius, 'sed omnia

15 Stoic. Vet. Frag. II 62; Cic. Lucull. 52

3 hoc] haut (*exp.*, *supscr.* ea *m. alt.*) **V** || **4** at horum *Asc. 1521* sed horum *Victorius* || **10** ipsi *ex* -se **B** || **12** videamus *corr. in* -mur **F** || **15** cum *Asc. 1521* ut *codd.* || **18** consuleret *Manutius* || **19** somnum *Halm* -ium *codd.* || **21** circuitione **MP** || **22** *post* derecto *continuat Fat. 41* (eae causae non essent) *in* **B**, *cuius in mg. alia m. scr.: 'quod hic sequitur requiritur in primo libro de natura deorum ⁂ sub asterisco adnotatum'. sed de hac quaestione cf. praefat. p. XXII sq.* || **23** ne *supadd.* **V** || **25**—p. 138, **1** iam — necesse est *habet* **R** || **25** veras *corr. in* -ra **A** | omnia] somnia **V** || **26** *Enn. Scaen. fab. inc. 429, ubi Vahlen* Somnia aliquot vera sunt, sed non necesse est omnia *scr., dubius utrum v. dactylicis numeris an scaenicis (ita Ribbeck) vinciatur*

non necesse est.' quae est tandem ista distinctio? quae vera, quae falsa habet? et, si vera a deo mittuntur, falsa unde nascuntur? nam si ea quoque divina, quid inconstantius deo? quid inscitius autem est quam mentes mortalium falsis et mendacibus visis concitare? sin vera visa divina 5 sunt, falsa autem et inania humana, quae est ista designandi licentia, ut hoc deus, hoc natura fecerit potius quam aut omnia deus, quod negatis, aut omnia natura? quod quoniam illud negatis, hoc necessario confitendum 128 est. naturam autem eam dico, qua numquam animus, 10 insistens agitatione et motu, esse vacuus potest. is cum languore corporis nec membris uti nec sensibus potest, incidit in visa varia et incerta ex reliquiis, ut ait Aristoteles, inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitaverit; quarum perturbatione mirabiles inter- 15 dum exsistunt species somniorum; quae si alia falsa, alia vera, qua nota internoscantur, scire sane velim. si nulla est, quid istos interpretes audiamus? sin quaepiam est, aveo audire quae sit; sed haerebunt.

63 129 Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius, 20 deosne inmortalis, rerum omnium praestantia excellentis,

13 Arist. Insomn. 3, p. 461a 18; Div. per somn. 1, p. 463a 21; Probl. 30, 14, p. 957a 21

1 non necesse **FM** non nunc (*del.*) necesse **B** non nunc haec esset **AVP** non est necesse *Asc.* noenum necesse est *Christ, ita Baehrens* (nec. est omn.), *qui* al. somn. v. sunt *scr.*; *contra Vahlen* (somn. al. v. s., sed non nec. est omn.), *qui olim* somn. v. al., verum omn. noenu necessest *scr.* aliquot sunt vera somnia, at non omnia est necesse (*vel* omnia esse non necessest) *Ribbeck* ‖ **1—3** quae vera — nascuntur *om.* **B**, *add. in calce m. alt.*, *nisi quod* falsa habet et *ob maculam non leg.* ‖ **2—8** et si — natura *habet* **R** ‖ **4** inscientius, en *exp.* **A** insititius *corr. in* insciti- **V** ‖ **5** si (n *supadd.*) vera **A** ‖ **8** deus aut (*del.*, *supscr.* quod) **B** ‖ **10—11** naturam — potest *habet* **R** ‖ **11** motus (*corr. in* -tu **B**) **AB** ‖ **13—16** incidit — somniorum *habet* **R** ‖ **13** certa, *praemis.* in *extra lin.* **A** | ex] et **V** | reliquis *corr. in* -iis **A** | ait *ex* agit **M** | ut ait Aristoteles *om.* **R** | aristotelis *ex* -les **B** aristotelis **F** ‖ **17** vera sunt (*supadd.* **B**) **FMB** ‖ **18** sinon, on *exp.* **B** | que pia **A** ‖ **19** aveo *Asc. 1521* abeo (h *supadd.*) **ABV** habeo *cett. codd.*

concursare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos et, cum stertentem aliquem viderint, obicere iis visa quaedam tortuosa et obscura, quae illi exterriti somno ad coniectorem mane 5 deferant, an natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur. utrum philosophia dignius sagarum superstitione ista interpretari an explicatione naturae? ut, si iam fieri possit vera coniectura somniorum, tamen isti, qui profitentur, eam 10 facere non possint: ex levissimo enim et indoctissimo genere constant. Stoici autem tui negant quemquam nisi sapientem divinum esse posse. Chrysippus quidem divi- 130 nationem definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a dis hominibus portendantur; 15 officium autem esse eius praenoscere, dei erga homines mente qua sint quidque significent, quem ad modumque ea procurentur atque expientur. idemque somniorum coniectionem definit hoc modo: esse vim cernentem et explanantem, quae a dis hominibus significen- 20 tur in somnis. quid ergo? ad haec mediocri opus est prudentia an et ingenio praestanti et eruditione perfecta? talem autem cognovimus neminem.

64 131 Vide igitur, ne, etiamsi divinationem tibi esse concessero, quod numquam faciam, neminem tamen divinum re- 25 perire possimus. qualis autem ista mens est deorum, si neque ea nobis significant in somnis, quae ipsi per nos

11–12 Stoic. Vet. Frag. III 607 ‖ 12 Stoic. Vet. Frag. II 1189; Sext. Empir. IX 132; Stob. Ecl. II 7, pp. 67, 17; 114, 16 W.

1 circumcursare *Camerarius* concursare circum *Müller: sed cf. Cic. Verr. II 5, 80; Mur. 44; Fam. VII 1, 5, nec non Lucil. 164; Caes. Bell. Gall. V 33, 1* ‖ 2 gravatos *corr. in* graba- **ABV** gravatos **P** ‖ 2.3 stertentem (*corr. in* -tes) aliquod (*corr. in* -quit) **V** sternentem *corr. in* sterte- **F** ‖ 3 abicere *corr. in* ob- **B** ‖ 4 somno (*corr. in* -io **A**) **PA** somnio *cett. codd.; sed cf. Div. I 40* ‖ 10 possunt *corr. in* -sint **P** ‖ 11–12 nisi sap. div. esse *om.* **V** ‖ 13 difinit (*corr. in* de- **V**) **AV** diffinivit **BFM** ‖ 16 qua *ex* quae **V** ‖ 17 modum quae (*corr. in* que, *inde exp.*) **V** | expleintur *corr. in* explean- **B** expleantur *ex* expla- **F** expleantur **M** ‖ 20 somniis **M** ‖ 24 num *supadd.* quam **B** ‖ 25 possimus *ex* possu- **V** ‖ 26 significant *cod. Salisburg. teste Peasio et Ven.* significat *codd.*

intellegamus, neque ea, quorum interpretes habere possimus? similes enim sunt dei, si ea nobis obiciunt, quorum nec scientiam neque explanatorem habeamus, tamquam si Poeni aut Hispani in senatu nostro loquerentur sine
132 interprete. iam vero quo pertinent obscuritates et aenig- 5
mata somniorum? intellegi enim a nobis di velle debebant ea, quae nostra causa nos monerent. quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? ille vero nimis etiam obscurus
133 Euphorion; at non Homerus. uter igitur melior? valde Heraclitus obscurus, minime Democritus. num igitur con- 10
ferendi? mea causa me mones, quod non intellegam? quid me igitur mones? ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat

terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine
cassam 15

potius quam hominum more cocleam [diceret]. nam Pacuvianus Amphio

quadrupés tardigrada, agréstis, humilis, áspera,
capité brevi, cervice ánguina, aspectú truci,
evíscerata, inánima, cum animalí sono 20

cum dixisset obscurius, tum Attici respondent:

18 Tertull. Pall. 3

3 nec] ne (*corr. in* nec **F**) **ABVPF** ‖ **7** qui *corr. in* quid **B** ‖ **8** nemo physicus *Victorius* ne fysicus *codd.* ‖ **9** ad (*corr. in* an) non homerus, *mg.* at non hom. **V** ‖ **12** imperat **BF** ‖ **13** sumet **A** ‖ **14–15** *hunc v. Lucilio trib. G. I. Vossius* (= *frg. dub. 1377*); *sed Ciceronis auctorem Athenaeo* (*II, p. 63b*) *et Hesiodo* (*Op. 571*) *usum esse nobis persuasum est, et v. ita scripsisse: ὑλογενής, φερέοικος, ἀναίματος, ἅμ. φυτὰ βαίνων* (*cf. Marx p. 437; Pease p. 560*) ‖ **14** terrigenam *ex* -nem **V** ‖ **15** casam **A** causam *corr. in* cass- **B** ‖ **16** dicere *codd.*, *quod recte Lambinus del. tamquam glossam; fort. anacoluthi forma haberi potest, si servare malumus* (*Philippson*) diceret *Wopkens* (*cf. Axii app. crit. ad loc.*) dicat *Rath* dicens *Förtsch* | pacuianus (*corr. in* pacuvi- **B**) **AB** pacuinus **V** ‖ **18–20** *Pacuv. Antiop. 2 sqq.* ‖ **19** brevi capite *Ribbeck* ‖ **20** viscerata (e *sup. praemis.*) **M** ‖ **21** † Attici *Thoresen* Attice *Bothe* astici *Klotz* rustici *Bergk* Bacchici *Welcker Μαντικοί Polster* (*p. 2*). *sed de illius* Attici *interpretatione cf. Pease p. 561*

non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

at ille uno verbo: testudo. non potueras hoc igitur a principio, citharista, dicere?

65 134 Defert ad coniectorem quidam somniasse se ovum pendere ex fascea lecti sui cubicularis (est hoc in Chrysippi libro somnium); respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto. fodit, invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento; misit coniectori quantulum visum est de argento. tum ille 'nihilne' inquit 'de vitello?' id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum. nemone igitur umquam alius ovum somniavit? cur ergo hic nescio qui thesaurum solus invenit? quam multi inopes digni praesidio deorum nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur! quam autem ob causam tam est obscure admonitus, ut ex ovo nasceretur thesauri similitudo, potius quam aperte thesaurum quaerere iuberetur, sicut aperte Simonides vetitus est navigare? ergo obscura somnia minime consentanea 135 maiestati deorum.

66 Ad aperta et clara veniamus, quale est de illo interfecto a copone Megaris, quale de Simonide, qui ab eo, quem humarat, vetitus est navigare, quale etiam de Alexandro, quod a te praeteritum esse miror. qui, cum Ptolomaeus, familiaris eius, in proelio telo venenato ictus esset eoque vulnere summo cum dolore moreretur, Alexander adsidens somno est consopitus. tum secundum

4—10 Stoic. Vet. Frag. II 1201 || **23** Diod. XVII 103, 3sqq.; Strab. XV 2, 7; Curt. Ruf. IX 8, 20sqq.; Iustin. XII 10, 2sq.; Oros. III 19, 11

1 nisi aperte **AVM P** || **2** ad (*corr. in* ait) ille **V** ait ille *Davies, qui tamen* tum Atticis ille, *fide codd. Reg.* (tum atticille) *et Cantabr.* (tum actius ille), *coni.* || **4** se oum (*corr. in* ovum) **B** se unum (*exp.*), *supscr.* ovum **V** sevum *corr. in* se ovum **F** || **6** respondet **L** || **11** nemo igitur **M** || **15** nosceretur *Hottinger* || **16** thensauris *corr. in* thesauri **A** thesauro (*corr. in* -ri **F**) **B F** || **21** copone *corr. in* cau- **A** || **23** qui cum (*duab. litt. ante* cum *eras.* **A**) **B F M P A**; *cf. Cic. De orat. II 276* (Nasicae, qui cum . . ., Nasica sensit . . .) quid (*corr. in* quod) cum **V** quippe cum *Herelius* Quinte *Polster* (*p. 4*) || **25** Alexander *del. Kayser*

quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre et simul dicere, quo illa loci nasceretur (neque is longe aberat ab eo loco); eius autem esse vim tantam, ut Ptolomaeum facile sanaret. cum Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emissi 5 sunt qui illam radiculam quaererent; qua inventa et Ptolomaeus sanatus dicitur et multi milites, qui erant eo-
136 dem genere teli vulnerati. multa etiam sunt a te ex historiis prolata somnia, matris Phalaridis, Cyri superioris, matris Dionysi, Poeni Hamilcaris, Hannibalis, P. Deci; 10 pervulgatum iam illud de praesule, C. Gracchi etiam et recens Caeciliae, Baliarici filiae, somnium. sed haec externa ob eamque causam ignota nobis sunt, nonnulla etiam ficta fortasse. quis enim auctor istorum? de nostris somniis quid habemus dicere? tu de emerso me et equo 15 ad ripam, ego de Mario cum fascibus laureatis me in suum deduci iubente monumentum.

67 Omnium somniorum, Quinte, una ratio est; quae, per deos inmortalis, videamus ne nostra superstitione et de-
137 pravatione superetur. quem enim tu Marium visum a me 20 putas? speciem, credo, eius et imaginem, ut Democrito videtur. unde profectam imaginem? a corporibus enim solidis et a certis figuris vult fluere imagines; quod igitur Mari corpus erat? 'ex eo', inquit, 'quod fuerat. plena sunt imaginum omnia.' ista igitur me imago Mari in 25 campum Atinatem persequebatur: nulla enim species co-
138 gitari potest nisi pulsu imaginum. quid ergo? istae ima-

1 Plut. Alex. 2; Paus. IV 14, 7; Lucian. Alex. 7; Dial. mort. 13, 1; Iustin. XI 11, 3 et XII 16, 2 || **21** Aug. Epist. 118, 27

1. 2 olimpia solebat *corr. in* -pias ale- **B** || **5. 6** emissi sunt *Baiter* et mis(s)isset *codd.* (*errat., fort. ex* emissi s̄t), *praeter* emisisse (*ex* et misisset) **V** emisit *Halm* emissos esse *Klotz* || **14** facta **V** || **15** de merso (*eras. una litt. ante* m, *fort.* i) **A**, *unde* de emerso *Davies* demerso (dei merso, *sed* i *incert.*, **V**) *cett. codd.* de demerso *Lambinus* || **16** cum *supadd. m. alt.* **A** || **24** ex quo *Rath* | fuerat *corr. in* flu- **B** fluerat (*corr. in* fue- **V**) *cett. codd.* || **24—25** plena sunt imag. omnia *post* persequebatur *collocanda coni. Christ* || **25—26** ista — persequebatur *om.* **P** || **26**—p. 143, **6** nulla — figuras *habet* **R** || **26** persequebatur? *pler. editt.* || **27** *post* imaginum *scr.* omnia ista *miro errore ex praeced. (lin. 25)* **A**

gines ita nobis dicto audientes sunt, ut, simul atque velimus, accurrant? etiamne earum rerum, quae nullae sunt? quae est enim forma tam invisitata, tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit, ut, quae num-
5 quam vidimus, ea tamen informata habeamus, oppidorum situs, hominum figuras? num igitur, cum aut muros 139
Babylonis aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? omnia igitur, quae volumus, nota nobis esse possunt: nihil est enim, de quo cogitare nequeamus; nul-
10 lae ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluunt ullae, nec cognovi quemquam, qui maiore auctoritate nihil diceret. animorum est ea vis eaque natura, ut vigeant vigilantes nullo adventicio pulsu, sed suo motu incredibili quadam celeritate. hi cum
15 sustinentur membris et corpore et sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. cum autem haec subtracta sunt desertusque animus languore corporis, tum agitatur ipse per sese. itaque in eo et formae versantur et actiones, et multa audiri, multa dici videntur. haec scilicet 140
20 in inbecillo remissoque animo multa omnibus modis confusa et variata versantur, maxumeque reliquiae rerum earum moventur in animis et agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus, ut mihi temporibus illis multum in animo Marius versabatur recordanti, quam
25 ille gravem suum casum magno animo, quam constanti tulisset. hanc credo causam de illo somniandi fuisse.

Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subito 68
sum visus emersus e flumine. inerant enim in utriusque nostrum animis vigilantium cogitationum vestigia. at
30 quaedam adiuncta sunt, ut mihi de monumento Mari, tibi,

1—2 Lucr. IV 779sqq.; Cic. Fam. XV 16, 2 || **2—6** Cic. Nat. deor. I 107sq. || **10** Cic. Lucull. 125

1 ut] et **B** || **2** etiam (*ex* etiamne, ne *del.* **B**) **F M R B** || **3** inusitata *ex* invisi- **V F** inusitata **R** || **4** non *om.* **R** || **5** id formata **V** | habemus *corr. in* habea- **M** || **8—23** omnia — egimus *habet* **R** || **11** ullae *Davies* illae *codd.* || **12** maiora **B F M R** || **14** quaedam *corr. in* quad- **V** quidam *corr. in* qua- **F** || **18** ipsi **A** || **27** cogitandi *corr. in* -ti **B** || **28** mersus (*vel* demersus) flumine *Hottinger* | in *supadd.* **B**

quod equus, in quo ego vehebar, mecum una demersus
141 rursus apparuit. an tu censes ullam anum tam deliram
futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu non
numquam forte temere concurrerent? Alexandro draco
loqui visus est. potest omnino hoc esse falsum, potest 5
verum; sed utrum est, non est mirabile; non enim audivit
ille draconem loquentem, sed est visus audire, et quidem,
quo maius sit, cum radicem ore teneret, locutus est. sed
nihil est magnum somnianti. quaero autem, cur Alexan-
dro tam inlustre somnium, tam certum, nec huic eidem 10
alias, nec multa ceteris; mihi quidem praeter hoc Ma-
rianum nihil sane, quod meminerim. frustra igitur con-
142 sumptae tot noctes tam longa in aetate. nunc quidem
propter intermissionem forensis operae et lucubrationes
detraxi et meridiationes addidi, quibus uti antea non sole- 15
bam, nec tam multum dormiens ullo somnio sum ad-
monitus, tantis praesertim de rebus, nec mihi magis um-
quam videor, quam cum aut in foro magistratus aut in
curia senatum video, somniare.

69 Etenim (ex divisione hoc secundum est) quae est con- 20
tinuatio coniunctioque naturae, quam, ut dixi, vocant
συμπάθειαν, eius modi, ut thesaurus ex ovo intellegi
debeat? nam medici ex quibusdam rebus et advenientis
et crescentis morbos intellegunt, nonnullas etiam vale-
tudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enectine simus, 25
ex quodam genere somniorum intellegi posse dicunt.
thesaurus vero et hereditas et honos et victoria et multa
generis eiusdem qua cum somniis naturali cognatione iun-

2 apparuerit **BFM** | ullãmanum *pr.* m *eras.* **B** || **3** ni **V** || **6** utrum est *Klotz; de indicativi usu cf. Cic. Senect. 58* (utrum lubebit) *de illius* utrum *usu atque significatione cf. Moore in comm. ad loc. Tullianum paulo ante laud.* utrum sit *codd.*, *unde* ut verum sit *coni. Pohlenz* (ut verum sit *iam trad. Paris. Lat. 8049, saec. XII, qui tamen* sed utrum *supscr.*) | est[2] *Davies* esse *codd.* | sed vides, etiamsi verum sit, non esse mirab. *Plasberg* || **8** radicẽmore, m *eras.* **B** || **13** *cf. Durand p. 179 adnot. 5; Giomini*[5] *p. 19 sq.* || **18** foro *ex* fero **A** || **22** sympathian *codd.* || **23** *post* medici *add.* intelligi (*inde exp.*) **A** || **24** nonnullae **V** | nonnullae etiam sunt *Lambinus* (*1565*), *sed in alt. ed.* sunt *del.* || **25** enectine *Lambinus* (*inde* fame *add.*) enective *codd.* || **26**—p. 147, **13** somniorum — animos *om.* **V**, *ita Ven.* || **28** qua *Marsus* quae *codd.*

guntur? dicitur quidam, cum in somnis complexu Venerio 143
iungeretur, calculos eiecisse. video sympathian; visum
est enim tale obiectum dormienti, ut id, quod evenit, naturae vis, non opinio erroris effecerit. quae igitur natura
5 obtulit illam speciem Simonidi, a qua vetaretur navigare?
aut quid naturae copulatum habuit Alcibiadis quod scribitur somnium? qui paulo ante interitum visus est in
somnis amicae esse amictus amiculo. is cum esset proiectus inhumatus ab omnibusque desertus iaceret, amica
10 corpus eius texit suo pallio. ergo hoc inerat in rebus futuris et causas naturalis habebat, an, et ut videretur et ut
eveniret, casus effecit? 70

Quid? ipsorum interpretum coniecturae nonne magis 144
ingenia declarant eorum quam vim consensumque natu-
15 rae? cursor ad Olympia proficisci cogitans visus est in
somnis curru quadrigarum vehi. mane ad coniectorem. at
ille 'vinces' inquit; 'id enim celeritas significat et vis
equorum.' post idem ad Antiphontem. is autem 'vincare'
inquit 'necesse est; an non intellegis quattuor ante te
20 cucurrisse?' ecce alius cursor (atque horum somniorum et
talium plenus est Chrysippi liber, plenus Antipatri) —
sed ad cursorem redeo: ad interpretem detulit aquilam se
in somnis visum esse factum. at ille 'vicisti; ista enim avi
volat nulla vehementius'. huic eidem Antipho 'baro', in-
25 quit, 'victum te esse non vides? ista enim avis insectans
alias avis et agitans semper ipsa postrema est'. parere 145
quaedam matrona cupiens, dubitans essetne praegnans,

7 Val. Max. I 7, ext. 9 || 15 Diels, Vorsokrat. 87 (80) B 80 || 21 Stoic. Vet. Frag. II 1206 (Chrys. liber); III Ant. 42 || 26 Plut. Alex. 2; Tertull. An. 46; Paul. Fest. 49, 1; Aug. Op. imperf. c. Iulian. V 17

1 somniis **M** (*ita in linn. 8 et 16*) || 6 qui, d *supadd.* **B** || 11 ut[1] *supadd.* **A** || 12 veniret, e *sup. praemis.* **A** || 16 ad] adit *Rom.* || 23 avi *Asc. 1521* avis *codd., fort. ex lin. 25* || 24 eidem *Lambinus* (*cf. Div. II 141*) equidem (*ex* est quidem **B**) *codd., serv. Allen* (*qui* huic aeque fidens *coni.*) huic quidem (*ex cod. Erlang.*) *scr. Moser* huic aeque idem *H. Schöne* | anticho **B** | Varo *Rath; cf. Lucil. 1121* (*ex Fest. 442, 5 et Paul. Fest. 443, 2 traditione: sed* baronum *scr. Marx*); *Pers. 5, 138* (*ex schol. et m. alt. codd. Montepess. 125 et 212, Vat. Arch. S. Petri H 36 recensione*) vero *Rom.* || 26 *cf. Delaruelle p. 236 sqq.* || 27 pregnas (*corr. in* -ans **F**) **B P F**

visa est in quiete obsignatam habere naturam. rettulit. negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. at alter praegnantem esse dixit; nam inane obsignari nihil solere. quae est ars coniectoris eludentis ingenio? an ea, quae dixi, et innumerabilia, quae conlecta habent Stoici, quicquam significant nisi acumen hominum ex similitudine aliqua coniecturam modo huc, modo illuc ducentium? medici signa quaedam habent ex venis et ex spiritu aegroti multisque ex aliis futura praesentiunt; gubernatores cum exsultantis lolligines viderunt aut delphinos se in portum conicientes, tempestatem significari putant. haec ratione explicari et ad naturam revocari facile possunt, ea vero, quae paulo ante dixi, nullo modo.

71 146 At enim observatio diuturna (haec enim pars una restat) notandis rebus fecit artem. ain tandem? somnia observari possunt? quonam modo? sunt enim innumerabiles varietates. nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare; quo modo igitur haec infinita et semper nova aut memoria complecti aut observando notare possumus? astrologi motus errantium stellarum notaverunt; inventus est enim ordo in iis stellis, qui non putabatur. cedo tandem, qui sit ordo aut quae concursatio somniorum; quo modo autem distingui possunt vera somnia a falsis? cum eadem et aliis aliter evadant et isdem non semper eodem modo; ut mihi mirum videatur, cum mendaci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus, quo modo isti, si somnium verum evasit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogent quam ex uno innumerabilia confirment.

1 praesignatam *Augustinus; sed cf. Tertull. Anim. 46* | sedtulit *corr. in* retu- **A** || **3** pregnantem *ex* pregnat- **A** pregnantem *ex* -atam **B** | nam] nam et **P** || **6** significant *ex* -ent **B** || **8. 9** expiritu *corr. in* exspi- **AB** et spiritu *Müller* || **10** viderint (*ex* -runt) **F**; *ita scr. Rom. et coni. Skutsch* (*Glotta 1912, p. 367*) *clausulae gratia* || **11** significari p̄coitant (*ut videtur*) **A** || **15** ain] an **BFMP** || **18** possimus *ex* possu- **B** || **21** stellarum *ex* stellare **A** || **22** his **M** || **24**—p. 147, **6** quo modo — naturam *habet* **R** || **27** non soleamus *Rom.* || **28** aliquid *corr. in* -od **A** aliquot **B** || **29** derogent . . . confirment *Lambinus* derogant . . . confirmant *codd.* | fidem denegant **R**

Si igitur neque deus est effector somniorum neque naturae societas ulla cum somniis, neque observatione inveniri potuit scientia, effectum est, ut nihil prorsus somniis tribuendum sit, praesertim cum illi ipsi, qui ea vident, nihil divinent, ii qui interpretantur coniecturam adhibeant, non naturam, casus autem innumerabilibus paene saeculis in omnibus plura mirabilia quam in somniorum visis effecerit, neque coniectura, quae in varias partis duci possit, non numquam etiam in contrarias, quicquam sit incertius. 147

72

Explodatur ⟨igitur⟩ haec quoque somniorum divinatio pariter cum ceteris. nam, ut vere loquamur, superstitio fusa per gentis oppressit omnium fere animos atque hominum inbecillitatem occupavit. quod et in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum, et hac disputatione id maxume egimus. multum enim et nobismet ipsis et nostris profuturi videbamur, si eam funditus sustulissemus. nec vero (id enim diligenter intellegi volo) superstitione tollenda religio tollitur. nam et maiorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est, et esse praestantem aliquam aeternamque naturam, et eam suspiciendam admirandamque hominum generi pulchritudo mundi ordoque rerum caelestium cogit confiteri. quam ob rem, ut religio propaganda etiam est, quae est iuncta cum cognitione naturae, sic superstitionis stirpes omnes eiciendae. instat enim et urget et, quo te cumque verteris, persequitur, sive tu vatem sive tu omen audieris, sive im- 148 149

13 Lucr. I 62 sqq. || 18 Cic. Nat. deor. I 117; II 71 || 19 Cic. Nat. deor. III 5

2 invenire **A** || 3 ut *supadd.* **B** || 7 visus **B F** || 11 igitur *om. codd., add. mg. ed. Lambin.* (*1583*) || 13 *post* animos *denuo redit* **V** || 14 his **BVFM** || 17 nostris] et nobis (*corr. in* nostris) **B** || 25 cognatione (*in ras.* **B**) **FB** | superstitiones *corr. in* -is **AVBM** | eiciendae *codd., quod defendi potest* elidendae *Manutius secutus Cic. Tusc. III 83 et 84* (*ubi vero* eligendae *codd.*, elidendae *m. alt. Paris. 6332*, eliciendae *p. corr. Vat. 3246*) eligendae *Gruter fide eiusdem loci Tusc.* (*cf. etiam Varr. R. r. I 47; Colum. IV 5*) eliciendae *dubitanter Lambinus* || 26 instat *ex* -ant **B** | cumce (*corr. in* cumque) **B** qum (*corr. in* quum) ce **A** quinte **V** || 27 tu vantem *ex* iuvan- **A** | omnem (*corr. in* omen) **A**

molaris sive avem adspexeris, si Chaldaeum, si haruspicem videris, si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo, si ostenti simile natum factumve quippiam; quorum necesse est plerumque aliquid eveniat, ut numquam liceat
150 quieta mente consistere. perfugium videtur omnium la- 5
borum et sollicitudinum esse somnus. at ex eo ipso plurumae curae metusque nascuntur; qui quidem ipsi per se minus valerent et magis contemnerentur, nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent, nec ii quidem contemptissimi, sed in primis acuti et consequentia et repu- 10
gnantia videntes, qui prope iam absoluti et perfecti putantur. quorum licentiae nisi Carneades restitisset, haud scio an soli iam philosophi iudicarentur. cum quibus omnis fere nobis disceptatio contentioque est, non quod eos maxume contemnamus, sed quod videntur acutissime 15
sententias suas prudentissimeque defendere. cum autem proprium sit Academiae iudicium suum nullum interponere, ea probare, quae simillima veri videantur, conferre causas et, quid in quamque sententiam dici possit, expromere, nulla adhibita sua auctoritate iudicium au- 20
dientium relinquere integrum ac liberum, tenebimus hanc consuetudinem a Socrate traditam eaque inter nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quam saepissime utemur'. 'Mihi vero' inquit ille 'nihil potest esse iucundius'. quae cum essent dicta, surreximus. 25

19 Cic. Rep. III 8; Fin. II 2; V 10; Acad. I 45; Lucull. 60; Tusc. II 9; Off. II 8 || **25** Cic. Fin. II 119; V 96; Nat. deor. III 95; Aug. Vit. beat. III 22

3 ostentis **M** | natum *supadd.* **A** | factumque **B** || **6** at] et (*supscr.* at) **B** || **8** nisi *ex* ni **A** || **9** i (*corr. in* hi **B**) **AB** hi, *supadd.*, *inde mg.* hi **V** || **10** et[1] *om.* **V** || **11** et *supadd.* **B** || **13** omnis *ex* -ibus **B** || **14** contemptioque (*corr. in* content-) **VM** || **17** proprium *om.* **V**, *qui post* sit *supadd.* cum || **19** quemque (*sed* que *supadd.*) *corr. in* quam- **B** || **24** iucundus *corr. in* -ius **A** || **24–25** esse iucundius — surreximus *add. mg.* **B** || **25** esset *supscr.* -ent **A** | M. TVLLII (TVL **B**) CICERONIS DE DIVINATIONE LIBER SECVNDVS (II **AM**) EXPLICIT INCIPIT (*om.* **B**) TIMEVS (EIVSDEM TIMEVS **M**) FELIC. (*tantum* **V**) *codd.* (INCIPIT TIMAEVS *post Leg. II 4 trad.* **B**) *praeter* **P**, *qui* finit *scr.*

DE FATO

... quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vocant, 1
nos eam partem philosophiae de moribus appellare solemus, sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem; explicandaque vis est ratioque enuntiationum,
5 quae Graeci ἀξιώματα vocant; quae de re futura cum aliquid dicunt deque eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quaestio est, quam περὶ δυνατῶν philosophi appellant, totaque est λογική, quam rationem disserendi voco. quod autem in aliis libris feci,
10 qui sunt de natura deorum, itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique maxime probabile videretur, id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impedivit. nam 2

2 Quintil. Inst. orat. VI 2, 8; XII 2, 10

Incipit Tullii de fato liber unus **N** M. TVLLII CICERONIS TIMEVS EXPLICIT INCIPIT EIVSDEM DE FATO **M** M. T. C. de fato liber feliciter incipit *Strozz. inscriptione carent* **AB V F,** *nisi quod* de fato *in eadem lin. qua finit Timaeus add. m. alt.* **A**; de fato *mg. add. m. alt.* **BF**; M. Tullii Ciceronis de fato *in super. fol. add. m. alt.* **V**

1 *de exordio, quod in palimpsesto se legisse adfirm. L. Chrysost. Ferrucci, cf. Ritschl p. 469 sqq. et Klotz (in Cic. edit. p. IV, vol. II, p. 223): iam editt. ant. huius libri exordium mutilum put.; illud additamentum, quod in codd. Reg. et Cantabr. invenit Davies (cf. Comm. p. 286), 'ab ineptiente librario, non a Cicerone' profluxit* | quos ethos **O** quos ἤθη *Aldus* || **3** morabilem (bi *exp.* **V**; bi *eras.* **F**) **ABMVF** || **5** axiomata *codd.* || **7.8** peri dynaton (*ex* dionat- **N**) *codd.* || **8** λογική *Ven. 1496* logice **VN** loice (loicae *corr. in* log- **M**) *cett. codd.* logicae *coni. Ramus* λογικῆς *Kayser* || **9** aliis] iis *Davies* illis *Ernesti; sed cf. Cic. Off. II 31* || **10** his **AVFM** | divinatio *corr. in* -tione **ABV** || **14** impediit *corr. in* -divit **A**

cum essem in Puteolano Hirtiusque noster, consul designatus, isdem in locis, vir nobis amicissimus et his studiis, in quibus nos a pueritia viximus, deditus, multum una eramus, maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quae ad pacem et ad concordiam civium pertinerent. cum 5 enim omnes post interitum Caesaris novarum perturbationum causae quaeri viderentur iisque esse occurrendum putaremus, omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio: idque et saepe alias et quodam liberiore, quam solebat, et magis vacuo ab interventoribus 10 die. cum ad me ille venisset, primo ea, quae erant cotidiana et quasi legitima nobis, de pace et de otio.

2 3 Quibus actis, 'Quid ergo?' inquit ille, 'quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti, possumne ali- 15 quid audire?' 'Tu vero' inquam 'vel audire vel dicere; nec enim, id quod recte existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum acceperam, nec ea, quae nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. nam cum hoc genere 20 philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem: subtilitatem enim ab Academia mutuatur et ei vicissim reddit ubertatem orationis et ornamenta dicendi. quam ob rem' inquam 'quoniam utriusque studii nostra possessio est, hodie utro frui malis, optio sit tua'. 25 tum Hirtius 'Gratissimum' inquit 'et tuorum omnium simile: nihil enim umquam abnuit meo studio voluntas 4 tua. sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota teque in

1 hirsutiusque, su *exp.* **V** || **2** iisdem (*ex* isd- **F**) **B F** || **3.4** multum uneramus (*corr. in* una eram-) **V** multa numeramus (*corr. in* -ravimus **F**) **A F** multum (tu *in* ta *corr.*, m *lin. del. et denuo* m *sup-add.*) uneramus (*corr. in* umeravimus) **B** multa numeravimus **M** || **7** hisque **AVFM** || **8** consumabatur (*corr. in* consume- **V**) **AV** || **9** idque] itaque *Davies* || **10** solebam *Aldus* || **11** die, quo cum *Wopkens* die. nam cum *Plasberg, coll. Cic. Fin. I 14; Nat. deor. I 15; Div. I 8; Rep. I 14* || **12** et otio *Strozz.* || **13** acceptis (cep *exp.* **A**) **VA** || **13.14** oratorias (*ex* -ria) exercitationes (*ex* -tio) **B** || **17** id *om.* **FO** illud *Ven.* | audire *ante* existimas *add.* **AM** || **28** vestra *Aldus* (*etiam* **E**, *ubi tamen* n *et* u *non facile distinguuntur*) nostra *codd.*, *unde* vostra *scr. Yon, del. Kayser*

iis et audivimus saepe et audiemus, atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes, ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo'.
5 'An mihi' inquam 'potest quicquam esse molestum, quod tibi gratum futurum sit? sed ita audies, ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo haec studia repetentem'. 'Ita' inquit 'audiam te disputantem, ut ea lego, quae
10 scripsisti. proinde ordire. considamus hic'.

3 5 . . . quorum in aliis, ut in Antipatro poeta, ut in brumali die natis, ut in simul aegrotantibus fratribus, ut in

11 Val. Max. I 8, ext. 16; Plin. Nat. hist. VII 51 (de Antipatro poeta) || 12 Aug. Civ. Dei V 2 = De fato frg. 4 (de aegrotantibus fratribus)

1 his **AVFM** || 3 suscipisse **B** | disputationes *corr. in* -is **V** || 4 ad *del. Kayser* || 4–6 volo — tibi gratum *om.* **V** || 5 an *Escor. S-I-18* (*saec. XIII*), *Strozz.* at (*ex* ad **A**) **BFMA** || 6 futurumst *Madvig* | et *supscr.* sed **B** || 10 considamus hic (*sed* amus hic *in ras. scr. m. alt.*, *ft. ex* ici) **A**, *signo* ∋÷ *sup.* hic *add.*, *cui adiuncti sunt ex Iuvenale* (*XIII 86 sqq.*) *vv. alia m. adscripti in mg. et abrupti:* 'sunt qui in fortune iam casibus . . . ant (*abrupto folio praeced. verba non leg.; ante* ant *duae vel tres litt. evan.*) et mundum credant. ullo rectore moveri na. ura volvente vices et lucis .anni' considamus hic (*in ras.*, *fort. ex* ici) **B**, *cuius in laevo mg. leg.:* '*abhinc retroversus XXIIII foliis sequitur de eiusdem corpore orationis, sed omissis in medio pluribus*' considamusici (*corr. in* considamus ic) **V** consideramus hic **F**, *inde extr. col. II f. 54ᵛ est vacua, non minus quam prior col. f. 55ʳ. plurima hic deesse nemo est qui non videat* (*etiam* **M** *post* quorum *in mg. adscr. alia manu* '*hic deest pagina*'); *iam lacunam post* ordire *statuit Aldus: sed interpunctione post* hic *posita, ita ut periodus illa plene concludatur* (*cf. Cic. Leg. II 7*); *nobis aptius videtur lacunam coniciendam solum ante* quorum (*ita Ax*) †considamus hic (*inde lacun.*) *Christ, qui adnot.:* '*plures paginas, in quibus cum de aliis rebus, tum de adsensionibus disputatum fuisse Fat. 40 et 42 docemur, intercidisse ita iudicamus, ut genuina verba* proinde ordire; cum consedissemus *postea interpolata esse dicamus*' consideramus Hirti *Turnebus* consideramus hic (*inde lacun.*) *Klotz, Davisium secutus, qui tamen hiatum pos. etiam ante* consideramus ('*multa hic desunt*'): *uterque* consideramus hic *initium c. 3 edid.* considamus igitur *Ax* || 11 aliis *corr. in* aleis (*ita p. 152, 3*) **V**

urina, ut in unguibus, ut in reliquis eius modi, naturae contagio valet, quam ego non tollo, vis est nulla fatalis; in aliis autem fortuita quaedam esse possunt, ut in illo naufrago, ut in Icadio, ut in Daphita; quaedam etiam Posidonius – pace magistri dixerim – comminisci videtur: 5 sunt quidem absurda. quid enim? si Daphitae fatum fuit ex equo cadere atque ita perire, ex hocne equo, qui, cum equus non esset, nomen habebat alienum? aut Philippus hasne in capulo quadrigulas vitare monebatur? quasi vero capulo sit occisus. quid autem magnum aut naufragum 10 illum sine nomine in rivo esse lapsum? quamquam huic quidem hic scribit praedictum in aqua esse pereundum. ne hercule Icadi quidem praedonis video fatum ullum: 6 nihil enim scribit ei praedictum. quid mirum igitur ex spelunca saxum in crura eius incidisse? puto enim, etiam si 15 Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. nam aut nihil omnino est fortuitum, aut hoc ipsum potuit evenire fortuna. quaero igitur, atque hoc late patebit, si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, et forte, temere, casu aut pleraque 20 fierent aut omnia, num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent? quid ergo attinet inculcare fatum, cum sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur?

4 7 Sed Posidonium, sicut aequum est, cum bona gratia dimittamus, ad Chrysippi laqueos revertamur; cui quidem 25 primum de ipsa contagione rerum respondeamus, reliqua

4 (de Icadio) Paul. Fest. 94, 7 et Fest. 332, 25 (etiam Lucil. 1292); (de Daphita) Val. Max. I 8, ext. 8; Strab. XIV 39; Suda et Hesych. s. v. || 7 Val. Max. I 8, 9 || 25 Stoic. Vet. Frag. II 950 sq.

1 huiusmodi *Strozz.* || 2 vis] an (*supadd.*) vis **V** || 6 sint (*corr. in* sunt **A**) **VA** | quidam *corr. in* -dem **V** quaedam *Turnebus* | sunt inquam quidem **O** | absorde *corr. in* absurda **A** | si *om.* **B** | factum, c *del.* **V** || 7 Equo *Ax; sed cf. Davies ad loc.* || 9 hasne *Christ* hasce *codd.* | capulae **A** capule *corr. in* -lo **F** || 10 aut *del. Orelli* (*ita iam Crat.*) est *Wolf* || 11 quicquam **V** || 12 quid enim (*corr. in* quidem **A**) **VA** || 13 Icadi *om.* **V** | preconis *ex* predo- **V** | factum, c *del.* **V** || 14 ex *supadd. m. alt.* **A** || 18 ipsud *corr. in* ipsum **B** || 18–21 quaero – evenirent *habet* **R** | igitur] inquis **R** || 21 ac] hic **B** || 24 ecum *corr. in* equum **B**

postea persequemur. inter locorum naturas quantum intersit videmus; alios esse salubris, alios pestilentis; in aliis esse pituitosos et quasi redundantis, in aliis exsiccatos atque aridos; multaque sunt alia, quae inter locum et lo-
5 cum plurimum differant. Athenis tenue caelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici; crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes. tamen neque illud tenue caelum efficiet, ut aut Zenonem quis aut Arcesilam aut Theophrastum audiat; neque crassum, ut Nemea potius
10 quam Isthmo victoriam petat. diiunge longius: quid enim 8 loci natura adferre potest, ut in porticu Pompei potius quam in Campo ambulemus? tecum quam cum alio? Idibus potius quam Kalendis? ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil, sic
15 astrorum adfectio valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnis certe non valebit. at enim, quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent, alii libidinosi, alii iracundi aut crudeles aut superbi sint, alii ⟨a⟩ talibus vitiis abhorreant: quoniam
20 igitur, inquit, tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas?

Haec disserens, qua de re agatur et in quo causa consistat, non videt. non enim, si alii ad alia propensiores sunt propter causas naturalis et antecedentis, idcirco 5 9
25 etiam nostrarum voluntatum atque adpetitionum sunt causae naturales et antecedentes. nam nihil esset in nostra potestate, si ita se res haberet. nunc vero fatemur, acuti hebetesne, valentes inbecilline simus, non esse id in nobis. qui autem ex eo cogi putat, ne ut sedeamus quidem

29 Aug. Civ. Dei V 3 ext.

1 persequamur **N** ‖ **2** videamus (a *del.* **A**) **VA** ‖ **3** esse **N**, *Strozz.*, *om. cett. codd.* ‖ **4.5** et (*exp.* **V**) plurimum **NV** ‖ **5** differunt *Strozz.* ‖ **10** diiungue, *alt.* u *exp.* **A** disiunge **N** diiungo **O** | longius *corr. in* locus, *mg.* locos **V** ‖ **11** portico *corr. in* -cu **B** ‖ **12** quam in campo ambulemus tecum *om.* **V** | tecum quam cum alio idibus *om.*, *add. mg. m. alt.* **A** ‖ **13** – p. 154, **6** ut igitur — definitum et constitutum *habet* **R** ‖ **19** a *suppl. Lambinus* ‖ **20** a natura natura **B** ‖ **21** has] tantas **M** ‖ **22** quisque *ante* qua *add.* **R** | in *om.* **R** ‖ **24** sint **O** ‖ **29** putat ·c· ne **B**

aut ambulemus voluntatis esse, is non videt, quae quamque rem res consequatur. ut enim et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis itemque valentes et inbecilli, non sequitur tamen, ut etiam sedere eos et ambulare et rem agere aliquam principalibus causis definitum 5
10 et constitutum sit. Stilponem, Megaricum philosophum, acutum sane hominem et probatum temporibus illis accepimus. hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse; neque haec scribunt vituperantes, sed potius ad laudem: vitiosam enim naturam ab eo sic edo- 10 mitam et compressam esse doctrina, ut nemo umquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. quid? Socraten nonne legimus quem ad modum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte per- 15 noscere? stupidum esse Socraten dixit et bardum, quod iugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat; addidit etiam mulierosum, in quo
11 Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. sed haec ex naturalibus causis vitia nasci possunt, exstirpari autem et 20 funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, a tantis vitiis avocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina. quae tolluntur omnia, si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur.
6 Etenim si est divinatio, qualibusnam a perceptis artis 25 proficiscitur? percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. non enim credo nullo percepto aut ceteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui divinatione

14 Cic. Tusc. IV 80 || **16** Alex. Aphrod. Fat. 6, 19; Eus. Praep. ev. VI 9

1 aut *om.* **A** | is *om.* **B** || **5** aliquam *om.* **R** || **6** Stilponem *cod. Guelpherb. 111* (*saec. XIV*), *teste Bayero; ita Valla* stilphonem (stilfo- **AMF**) *codd.* | megarium **FM** || **7** et *supadd. m. alt.* **B** || **12** eum (*corr. in* eo **AB**) **VAB** || **13** quod *corr. in* quid **A** || **16** Socraten dixit *del. Gulielmius* || **18** obsturatas (*corr. in* obtu-) eas esse **B** | eas (*supadd.*) esse **F** | addidit *Ven.*, *praeeunt. nonnullis codd. saec. XIV*, *teste Bayero* addit *codd.* || **19** subtulisse *corr. in* sustul- **B** || **19–24** ex naturalibus — ratione firmabitur *habet* **R** || **21** vitia (*exp.*) funditus **M** | a tantis] a (*corr. in* ae) tatis **V** || **24** ex *supscr.* et **V** || **27** theoremata *codd.*

utantur, futura praedicere. sint igitur astrologorum per- 12
cepta huius modi: 'si quis verbi causa oriente Canicula
natus est, is in mari non morietur'. vigila, Chrysippe, ne
tuam causam, in qua tibi cum Diodoro, valente dialectico,
5 magna luctatio est, deseras. si enim est verum, quod ita
conectitur: 'si quis oriente Canicula natus est, is in mari
non morietur', illud quoque verum est: 'si Fabius oriente
Canicula natus est, Fabius in mari non morietur'. pugnant
igitur haec inter se, Fabium oriente Canicula natum esse,
10 et Fabium in mari moriturum; et quoniam certum in
Fabio ponitur, natum esse eum Canicula oriente, haec
quoque pugnant, et esse Fabium, et in mari esse moritu-
rum. ergo haec quoque coniunctio est ex repugnantibus:
'et est Fabius, et in mari Fabius morietur', quod, ut
15 propositum est, ne fieri quidem potest. ergo illud: 'mo-
rietur in mari Fabius' ex eo genere est, quod fieri non
potest. omne ergo, quod falsum dicitur in futuro, id fieri
non potest.

At hoc, Chrysippe, minime vis, maximeque tibi de hoc 7 13
20 ipso cum Diodoro certamen est. ille enim id solum fieri
posse dicit, quod aut sit verum aut futurum sit verum, et
quicquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse, et quicquid
non sit futurum, id negat fieri posse. tu et quae non sint
futura, posse fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, etiamsi
25 id numquam futurum sit, neque necesse fuisse Cypselum
regnare Corinthi, quamquam id millensimo ante anno
Apollinis oraculo editum esset. at si ista comprobabis di-

19 Hieron. Advers. Pelag. I 702 (= XXIII, p. 525 M.) || **21** Hieron. loc. laud. || **24** Hieron. loc. laud.

5 desederas *corr. in* -seras **B** | enim *om.* **B** || **6** oriente *supadd.* verbi causa (*miro errore, ex lin. 2*) **B** | est (*inde supadd.* is) in **B** || **9–10** oriente canicula — et fabium *mg. add.* **A** || **12** et[2] *om.* **F** || **14** non morietur **FM** || **15** positum *Davies* | omne *addit. ante* ergo *exp.* **M** || **19** minime *ex* mine **A** | vix *corr. in* vis **B** || **21** posset *corr. in* posse **B** | *cf. p. 158, 3* quod aut verum sit aut verum futurum sit || **22** dicit *om. Hieron., Ven.* | fieri *om.* **V** | necesse est **O**, *Ven.* nec. est (*corr. in* esse) **B** | quicquid autem (*pro* et quic.) *Hieron.* || **23** negat *ex* gerat **B** | sunt *corr. in* sint **M** sunt *Hieron.* || **24** fr. hoc margaritum *Hieron.* || **27** et (*exp.*) ad (*corr. in* at) si **B** | conprobabis (*sed* bis *in ras., ex* bamus ?) **A** conprobabit **N**

vina praedicta, et quae falsa in futuris dicentur, in iis habebis, ut ea fieri non possint, ut si dicatur Africanum Carthagine ⟨non⟩ potiturum, et, si vere dicatur de futuro, idque ita futurum sit, dicas esse necessarium; quae est 14 tota Diodori vobis inimica sententia. etenim si illud vere 5 conectitur: 'si oriente Canicula natus es, in mari non moriere', primumque quod est in conexo: 'natus es oriente Canicula', necessarium est (omnia enim vera in praeteritis necessaria sunt, ut Chrysippo placet dissentienti a magistro Cleanthe, quia sunt inmutabilia nec in falsum 10 e vero praeterita possunt convertere), si igitur quod primum in conexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. quamquam hoc Chrysippo non videtur valere in omnibus; sed tamen, si naturalis est causa, cur in mari Fabius non moriatur, in mari Fabius mori non 15 potest.

8 15 Hoc loco Chrysippus aestuans falli sperat Chaldaeos ceterosque divinos, neque eos usuros esse coniunctionibus, ut ita sua percepta pronuntient: 'si quis natus est oriente Canicula, is in mari non morietur', sed potius ita dicant: 20 'non et natus est quis oriente Canicula, et is in mari morietur.' o licentiam iocularem! ne ipse incidat in Diodorum, docet Chaldaeos, quo pacto eos exponere percepta

10 Stoic. Vet. Frag. I 489

1 dicuntur **O** | his **AVFM** || **2** habebis **O** habemus *codd.* || **2—3** ut si — potiturum *interpol. put. Christ, cancellis inclus. Baiter* || **3** carthaginem (*corr. in* -ne **AB**) **VAB** | potiturum *codd.*, non *add. Plasberg* Karthaginem petiturum *Strozz.* || **4** non necessarium *ex* necess. **V** || **7** est *om.* **N** | es oriente **O** est oriente *codd.* || **8—13** omnia enim — consequitur necessarium *habet* **R** || **10—11** f. e vero (*ex* me vero **F**) **MF** f. me (falsũme **A**, *ubi compendii sign. sup.* u *add. a m. alt. videtur*) vero **AB** f. vero **R** f. nec in vero (*corr. in* -um) **V** || **12** est[1] *om.* **B** || **17** fallis *corr. in* falli **AV** facilis *corr. in* falli **B** || **17. 18** nos falli sperat neque Chald. cet. div. usuros esse *Hottinger* || **18** conexionibus *Madvig* (*'etsi alibi* conexa *dicit'*) con⟨exis potius quam con⟩iunctionibus *Plasberg* conexis *Castiglioni; sed cf. Gercke ad frg. 85* || **19** praecepta **AF** || **20** dicant **O** dicent *codd.* || **21** qui, s *supadd.* **N** || **22** non *ante* morietur *add.* **O** | ipsa (*corr. in* -se **V**) **AV** || **23** facto **B**

oporteat. quaero enim, si Chaldaei ita loquantur, ut negationes infinitarum coniunctionum potius quam infinita conexa ponant, cur idem medici, cur geometrae, cur reliqui facere non possint? medicus in primis, quod erit ei perspectum in arte, non ita proponet: 'si cui venae sic moventur, is habet febrim', sed potius illo modo: 'non et ⟨cui⟩ venae sic moventur, et is febrim non habet'. itemque geometres non ita dicet: 'in sphaera maximi orbes medii inter se dividuntur', sed potius illo modo: 'non et sunt in sphaera maximi orbes, et ii non medii inter se dividuntur.' quid est quod non possit isto modo (16) ex conexo transferri ad coniunctionum negationem? et quidem aliis modis easdem res efferre possumus. modo dixi: 'in sphaera maximi orbes medii inter se dividuntur'; possum dicere: 'si in sphaera maximi orbes erunt', possum dicere: 'quia in sphaera maximi orbes erunt'. multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius quam hoc, quo Chrysippus sperat Chaldaeos contentos Stoicorum causa fore.

(9, 17) Illorum tamen nemo ita loquitur; maius est enim has contortiones orationis quam signorum ortus obitusque perdiscere. sed ad illam Diodori contentionem, quam

1 loquantur *Ven.* loquuntur *Escor. V-III-6 et cod. Gudianus apud Christium* loquerentur *Escor. S-I-18, Strozz.* loquentur *cett. codd.* || **4** possunt *corr. in* -sint **A** || **5** perceptum *Hottinger* || **6.7** non et cui venae *nos (coll. p. 156, 21; 157, 5. 10), ubi* cui *in antiquo exemplari miro errore cum* qui *confusum p. compend.* (ci *ex* qi) ci *scribebatur* (*cf. Fat. 7* ecum *pr. m.* **B**, *pro* aequum, *ex* ecuum; *43* quilindro *corr. in* cy- **ABV**; *Div. II 149* quo te cumce **AB** quo te quinte **V**, *pro* quo te cumque, *ex* quo te cumcue), *inde* ei *interpretati sunt scribae, qui* et ei *ob scripturae similitudinem unum* ei *reddiderunt* non ei (*supscr.* et **M**) venae *codd.* non et huic venae *Ramus* non cui venae *Hottinger* non et ei venae *Baiter* non et venae sic ⟨cui⟩ *Müller* || **7** febrem *codd. praeter* **M** (-im) || **8** dicent **N** || **9** orbis (*corr. in* -es **BVF**) **ABVF** || **10** hi (*ex* ii **A**) **FA** || **11** quod *supadd. m. alt.* **A** || **12** quo (*corr. in* co) nexo **AV** | coniunctionis *Christ; contra Cic. Top. 57* (coniunctionum negantiam) *confert Ax* || **14–15** medii inter se divid. poss. dic. si in sph. max. orb. erunt *in calce add.* **A** || **15** si *om.* **VF**, *supadd.* **M** || **16** possum – erunt *om.* **V** | qua (*corr. in* quia **BF**) **ABF**, *def. Plasberg* qui *Bremi* || **18** quo *ex* quod **A** | contemptos **V** || **21** contentiones *corr. in* contortio- **F** || **22** diodori *ex* -ro **A**

περὶ δυνατῶν appellant, revertamur, in qua, quid valeat id quod fieri possit, anquiritur. placet igitur Diodoro id solum fieri posse, quod aut verum sit aut verum futurum sit. qui locus attingit hanc quaestionem, nihil fieri, quod non necesse fuerit, et, quicquid fieri possit, id aut esse iam aut futurum esse, nec magis commutari ex veris in falsa posse ea, quae futura, quam ea, quae facta sunt; sed in factis inmutabilitatem apparere, in futuris quibusdam, quia non apparet, ne inesse quidem videri, ut in eo, qui mortifero morbo urgeatur, verum sit: 'hic morietur hoc morbo', at hoc idem, si vere dicatur in eo, in quo vis morbi tanta non appareat, nihilo minus futurum sit. ita fit ut commutatio ex vero in falsum ne in futuro quidem ulla fieri possit. nam 'morietur Scipio' talem vim habet, ut, quamquam de futuro dicitur, tamen ut id non possit convertere in falsum: de homine enim dicitur, cui necesse est mori. 18 sic si diceretur: 'morietur noctu in cubiculo suo vi oppressus Scipio', vere diceretur; id enim fore diceretur, quod esset futurum; futurum autem fuisse ex eo, quia factum est, intellegi debet. nec magis erat verum 'morietur Scipio' quam 'morietur illo modo', nec magis necesse mori Scipioni quam illo modo mori, nec

1 peri (*vel* pery) dynaton (*vel* di-) *codd.* || **2** inquiritur (*ex* anqui- **N**) **ON** || **2—9** placet igitur — quidem videri *habet* **R** || **3** aut^{1}] autem (em *del.*) **V** || **4** qui *ex* quo **F** || **5** quod non necesse — fieri *add. mg. m. alt.* **B** | aut *ex* autem **AV** || **9** qui (a *supadd.*) **A** | apparet *Davies, ad* inmutabilitatem *referens* apparent **FMRO** appareret *cett. codd.* appareat *Bremi; sed cf. paulo ante* quae futura quam ea quae facta sunt | inesse] necesse *Lambinus* (nec necesse est *Strozz.*) || **10** urgueatur **V**, *ita corr. ex* urgeatur **A** | verum et immutabile sit *Ciceroni scribendum coni. Christ* || **11** idem] quidem (*corr. in* idem) *Escor. S-I-18,* **O** || **15** dicatur *Escor. S-I-18,* **O** dicetur *Stephanus* | ut^{2} *del. Davies* || **18** non minus vere *Stüve p. 58* || **19** forte, t *del.* **B** | id enim fore diceretur (*ex* dicetur) *add. mg.* **V** || **22** magis *Ramus* minus *codd., quod recipi posse put. Davies, vocibus ita* (nec minus necesse mori Scipionem illo modo quam mori) *leviter transpositis* nec minus, quam necesse mori Scipioni, illo modo mori *Turnebus, qui tamen 'dilucidam sententiam magis reddunt, et aliam faciunt, qui* magis *legunt' adnot.* | necesse est (*mg.* eet, *ubi compendii sign. sup.* ee, *pro* esset, *om.*) **V** | Scipionem **O**

magis inmutabile ex vero in falsum 'necatus est Scipio' quam 'necabitur Scipio'. nec, cum haec ita sint, est causa, cur Epicurus fatum extimescat et ab atomis petat praesidium easque de via deducat et uno tempore susci-
5 piat res duas inenodabiles, unam, ut sine causa fiat aliquid, ex quo exsistet, ut de nihilo quippiam fiat, quod nec ipsi nec cuiquam physico placet, alteram, ut, cum duo individua per inanitatem ferantur, alterum e regione moveatur, alterum declinet. licet enim Epicuro concedenti 19
10 omne enuntiatum aut verum aut falsum esse non vereri, ne omnia fato fieri sit necesse; non enim aeternis causis naturae necessitate manantibus verum est id, quod ita enuntiatur: 'descendit in Academiam Carneades', nec tamen sine causis; sed interest inter causas fortuito
15 antegressas et inter causas cohibentis in se efficientiam naturalem. ita et semper verum fuit 'morietur Epicurus, cum duo et septuaginta annos vixerit, archonte Pytharato', neque tamen erant causae fatales, cur ita accideret, sed quod ita cecidit, certe casurum, sicut cecidit, fuit. nec 20
20 ii qui dicunt inmutabilia esse quae futura sint, nec posse verum futurum convertere in falsum, fati necessitatem confirmant, sed verborum vim interpretantur. at qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt.
25 Sed haec hactenus; alia videamus. concludit enim 10
Chrysippus hoc modo: 'si est motus sine causa, non

26 Stoic. Vet. Frag. II 952 et 954

7 ipsa *corr. in* ipsi **V** || **8** individua corpora *Lambinus* | feruntur **V** | alterum *ex* -ram **V** || **9—16** licet enim — efficientiam naturalem *habet* **R** || **11** ex aeternis *Davies* || **12** a *ante* naturae *supadd.* **V** naturae e *Baiter* | emanantibus *Christ* || **13** descendet *Lörcher*[1] *p. 357* || **13—14** descendit — causis *om.* **R** || **15** ante egressas **M** | et *supadd.* **V** | in (*supadd.* ter causas) cohib. **B** || **18** ita *om.* **V** || **19** cecidit[1] *Bremi* cecidisset **A B F M** accidisset **V** | causarum (*corr. in* casurum **A**) **V A**, *sed ante* causarum *supadd.* a serie (*in mg. iterat.*) **V**: *unde* serie certa causarum casurum *coni. Müller* | fuerit (*ex* fuit **A**) **B F M A** || **20** hi (*ex* hii **V**) **F V** || **22** at qui (atqui qui *Strozz.*) **O** atque *codd.* || **23** hi **VF** || **25** — p. 160, **7** concludit enim — quaecumque fiant *habet* **R**, *qui* sed Chr. hoc modo concl. *scr.* || **25** enim *om.* **V R**

omnis enuntiatio, quod *ἀξίωμα* dialectici appellant, aut vera aut falsa erit; causas enim efficientis quod non habebit, id nec verum nec falsum erit; omnis autem enuntiatio aut vera aut falsa est; motus ergo sine causa nullus est.
21 quod si ita est, omnia, quae fiunt, causis fiunt antegressis; 5
id si ita est, fato omnia fiunt; efficitur igitur fato fieri quaecumque fiant'. hic primum si mihi libeat adsentiri Epicuro et negare omnem enuntiationem aut veram esse aut falsam, eam plagam potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem: illa enim sententia habet aliquid dis- 10
putationis, haec vero non est tolerabilis. itaque contendit omnis nervos Chrysippus, ut persuadeat omne *ἀξίωμα* aut verum esse aut falsum. ut enim Epicurus veretur, ne, si hoc concesserit, concedendum sit fato fieri, quaecumque fiant (si enim alterum utrum ex aeternitate verum 15
sit, esse id etiam certum, et, si certum, etiam necessarium: ita et necessitatem et fatum confirmari putat), sic Chrysippus metuit, ne, si non obtinuerit omne, quod enuntietur, aut verum esse aut falsum, non teneat omnia fato
22 fieri et ex causis aeternis rerum futurarum. sed Epicurus 20
declinatione atomi vitari necessitatem fati putat. itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo (id appellat *ἐλάχιστον*); quam declinationem sine causa fieri si minus verbis, re cogitur confiteri. non enim atomus ab atomo 25
pulsa declinat. nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis

1 axioma *codd.* (*ita in l. 12*) || **2. 3** causas enim — falsum erit *om.* **R** || **6** ita est, omnia quae fiunt fato fiunt *Davies* || **7** fiunt *corr. in* -ant **R** || **9** qua **V** || **15** alterum (*inde ras. duar. litter.*) utrum **A** alterum si (*exp.*) utrum **BV** alterutrum **M** || **16** certum² *ex* certe **A** | etiam² *om.* **V**, *supadd. m. alt.* **A** || **18** obtinuerit *ex* -nuit **A** || **19** aut¹] an (*corr. in* aut) **B** | non teneat *om.* **V**, *supadd. m. alt.* **A** fieri possint *Crat.* || **20** et *om.* **V** || **21** declinationem **BF**; *ita* **A** (-nẽ), *sed compendii sign. add. m. alt.*, *quae contra* necessitatẽ *corr. in* -te, *eras. compendii sign.* | itaque] atque **V** || **22** cum] quo *Lambinus* || **23** declinet **O** | elachiston *codd.* || **25** confiteri *ex* -fieri **A** || **26** si, *inde ras. duar. litter.*, **V** || **27** referuntur, re *exp.* **A** feruntur *ex* fu- **V** | corpora individua *glossam put. Manutius*

lineis, ut Epicuro placet? sequitur enim, ut, si alia ab alia numquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. ex quo efficitur, etiam si sit atomus eaque declinet, declinare sine causa. hanc Epicurus rationem induxit ob eam rem, 23
5 quod veritus est, ne, si semper atomus gravitate ferretur naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moveretur animus, ut atomorum motu cogeretur. id Democritus, auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturalis motus
10 avellere.

Acutius Carneades, qui docebat posse Epicureos suam 11 causam sine hac commenticia declinatione defendere. nam cum docerent esse posse quendam animi motum voluntarium, id fuit defendi melius quam introducere
15 declinationem, cuius praesertim causam reperire non possunt: quo defenso facile Chrysippo possent resistere. cum enim concessissent motum nullum esse sine causa, non concederent omnia, quae fierent, fieri causis antecedentibus: voluntatis enim nostrae non esse causas ex-
20 ternas et antecedentis. communi igitur consuetudine ser- 24 monis abutimur, cum ita dicimus, velle aliquid quempiam aut nolle sine causa; ita enim dicimus 'sine causa', ut dicamus: sine externa et antecedente causa, non sine aliqua; ut, cum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut

1 autem *pro* enim *scr. Davies, Usenero*[1] (*p. 200, 20*) *et Plasbergio* (*in schedulis apud Axium editis*) *negantibus; Ciceronem graviter erravisse existimans, ita emend. Madvig:* sequitur enim ut alia ab alia numquam depell., si ne cont. quid. alia aliam*; quod inverso ordine* (sequit. enim ut, si ne cont. quid. alia aliam, alia ab alia numquam depell.) *in app. coni. Christ, cruce tamen praemissa in textu. sed cf. Cic. Fin. I 19 et Yon in ed. append.* (*p. 36 sq.*) ‖ **2** contigat **BV** ‖ **3** effigitur *corr. in* effici- **AV** | etiam si *Davies, duce cod. Reg.* ut iam si *codd.* ut iam (si *del.*) *Manutius, praeeunte Ven.* | declinare ⟨eam⟩ *Orelli* ‖ **5** ne sit (t *exp.*) **B** | feretur *corr. in* ferre- **A** ‖ **7** id *supscr.* hinc **F** hinc **MO** hic *Davies* '*ex cod. Ursini*' ‖ **8** igitur *post* maluit *add. mg.* **V** ‖ **11** — p. 163, **6** acutius — ea vera dicemus *habet* **R** ‖ **13** docerent *J. F. Meyer* doceret (*ex* -re, *supadd.* t, **B**) *codd.* ‖ **16** possunt] possent *ex* -sem **V**, *rec. Müller* | possent] posse **R** ‖ **22—23** dicimus — causa non *om.* **R** ‖ **23** si non *corr. in* sine **B** ‖ **23. 24** non si (*supadd.* ne) aliq. causa (*exp.*) **F** ‖ **24** ut[1] *ex* aut **B**

physici, quibus inane esse nihil placet, sed ita ut verbi causa sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus, sic, cum sine causa animum dicimus moveri, sine antecedente et externa causa moveri, non omnino sine causa dicimus. de ipsa atomo dici potest, cum per inane moveatur gravi- 5 tate et pondere, sine causa moveri, quia nulla causa acce-
25 dat extrinsecus. rursus autem, ne omnes physici inrideamur, si dicamus quicquam fieri sine causa, distinguendum est et ita dicendum, ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere et gravitate moveatur, eamque ipsam esse 10 causam, cur ita feratur. similiter ad animorum motus voluntarios non est requirenda externa causa: motus enim voluntarius eam naturam in se ipse continet, ut sit in nostra potestate nobisque pareat, nec id sine causa;
26 eius rei enim causa ipsa natura est. quod cum ita sit, quid 15 est cur non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit, nisi concesserimus fato fieri quaecumque fiant? — 'quia futura vera' inquit 'non possunt esse ea, quae causas, cur futura sint, non habent; habeant igitur causas necesse est ea, quae vera sunt; ita, cum evenerint, fato evenerint'. 20

12 Confectum negotium, si quidem concedendum tibi est aut fato omnia fieri, aut quicquam fieri posse sine causa.
27 an aliter haec enuntiatio vera esse non potest: 'capiet Numantiam Scipio', nisi ex aeternitate causa causam serens hoc erit effectura? an hoc falsum potuisset esse, si 25 esset sescentis saeculis ante dictum? et si tum non esset vera haec enuntiatio: 'capiet Numantiam Scipio', ne illa

4 et *supadd.* **V** || **7** omnes a phisicis inrideamur **M R**; *sed codd. lectio* (omnes phisici inrideamur) *servari potest, si cf. Cic. Nat. deor. II 48* ne hoc quidem physici intellegere potuistis (*etiam I 77* sed tu hoc, physice, non vides) omnes nos physici inrideant *Bremi* (*cuius Jenens. censor* omnibus a physicis inrideamur *propos.*), *unde* omnes physici inrideant *Baiter*, *et* omnes physici inrideant nos (nos irrideant *Klotz*) *Müller*, *Klotz* || **11** cur *supadd.* **V** || **16** cur] quod **FR** | enuntiatio *Davies; contra Cic. Tusc. I 14 laud. Ax* || **19** habeant] habent **R** || **20** vera futura sunt *Christ* | fato evenient *Davies* || **23** potest *ex* possent **B** || **24** causa *om.* **V** || **24. 25** causarum series *ex* serens **V** || **25** erat *ex* erit **V** | effutura *corr. in* effect- **B** || **26** sescentes *corr. in* -tis **A** sescentis *corr. in* sexcen- **V** || **27** — p. 163, 2 ne illa — scipio *add. in calce m. aliq. rec.* **V**, *nisi quod* capiet *scr.*

quidem eversa vera est haec enuntiatio: 'cepit Numantiam Scipio'. potest igitur quicquam factum esse, quod non verum fuerit futurum esse? nam ut praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerit instantia, 5 sic futura, quorum consequenti tempore vera erit instantia, ea vera dicemus. nec, si omne enuntiatum aut 28 verum aut falsum est, sequitur ilico esse causas inmutabilis, easque aeternas, quae prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum sit. fortuitae sunt causae, quae 10 efficiant, ut vere dicantur, quae ita dicentur: 'veniet in senatum Cato', non inclusae in rerum natura atque mundo; et tamen tam est inmutabile venturum, cum est verum, quam venisse; nec ob eam causam fatum aut necessitas extimescenda est. etenim erit confiteri necesse: 15 si haec enuntiatio: 'veniet in Tusculanum Hortensius' vera non est, sequitur ut falsa sit. quorum isti neutrum volunt, quod fieri non potest.

1 eversa vera est (est vera *Escor. V-III-6*) **N**, *ita restit. Turnebus* (*'ex libris scriptis'*), *Lambinus* eversa vera esset **V** vera (*ex* versa, *eras.* s *et una litt. ante* v **A**) esset (*ex* esse, *add.* t *m. alt.* **A**) vera est (*add. m. alt.* **B**) *cett. codd., quod non ineptum videatur, si intellegas:* ne illa quidem vera esset haec vera enuntiatio. *verbis* vera est haec enuntiatio *pro inani iteratione deletis, tantum* ne illa quidem vera esset cepit Numantiam Scipio *scr. Skassis*[2] (*p. 27*) *et Yon* (*p. LX sq.*) | cepit *Ramus* capiet *codd.* ‖ **2** factum *ex* fatum **AV** ‖ **3** esse *del. Bremi* ‖ **4** fuerit *Ven.* fuerint **O** fuerunt *codd.* ‖ **5** subsequenti **O** | erit *Ven.* erunt *codd.* ‖ **9** causarum *corr. in* casurum **A** casarum *corr. in* casu- **B** causarum **V** | sit, t *del.* **V** | casurumst *coni. Halm* ‖ **11** sunt (*supadd.*) *post* inclusae **V** ‖ **12** ventorum *corr. in* -turum **A** ‖ **14** nec enim *ex* etenim **V** at enim *Stüve p. 6 sq.* ‖ **15** hoc enuntiatum *Ramus, ita nonnulli editt.* enuntiatio (*sed* tio *m. alt. in ras.*) **A** | veniat **V** ‖ **16** vera *Strozz., ita Davies ex codd. suis* verum *codd., unde Rami coniectura paulo ante laud.: cf. autem Tullianus stilus atque usus ad Fat. 26, 27, 37, qui vero, ubi ἀξίωμα definite atque distincte* (haec enuntiatio) *non circumscribit, sed de re universa agit, nunc femininum* (omnis enuntiatio, *Fat. 20, 21, 26, 37*), *nunc neutrum genus* (omne enuntiatum, *Fat. 19, 28, 37, vel* omne ἀξίωμα *Fat. 21 vel* omne quod enuntietur *Fat. 21*) *adhibet* | sequi (*ex* confiteri *pendens*) *Ramus* sequi tum *Davies* | falsa **O** falsum (sum *supadd.* **V**) *codd.; dummodo ne verba* verum (*'id est, vera non est' Turnebus*) . . . falsum *servanda sint, quod tamen alienum est huius libri stilo* | vera non est, verum non esse in Tusculanum venturum Hortensium; si verum non est, sequitur ut falsum sit *Lambinus*

Nec nos impediet illa ignava ratio, quae dicitur; appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. sic enim interrogant: 'si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces; 5
29 item, si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, non convalesces; et alterutrum fatum est: medicum ergo adhibere nihil attinet'.

13 Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners 10 nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. licet etiam inmutare, ut fati nomen ne adiungas, et eandem tamen teneas sententiam, hoc modo: 'si ex aeternitate verum hoc fuit "ex isto morbo convalesces", sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, convalesces; 15 itemque, si ex aeternitate falsum hoc fuit "ex isto morbo [non] convalesces", sive adhibueris medicum, sive non ad-
30 hibueris, non convalesces', deinde cetera. haec ratio a Chrysippo reprehenditur. 'quaedam enim sunt' inquit 'in rebus simplicia, quaedam copulata. simplex est: "morietur illo 20 die Socrates"; huic, sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. at si ita fatum sit: "nascetur Oedipus Laio", non poterit dici: "sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit"; copulata enim res est et confatalis': sic enim appellat, quia ita fatum sit et concubiturum cum 25 uxore Laium et ex ea Oedipum procreaturum. ut, si esset

2 Stoic. Vet. Frag. II 957; Diog. Laert. VII 44; Ps. Plut. Fat. 574 E; Calcid. Comm. ad Plat. Tim. 161 || **3** Arist. De interpr. 18 B 31 sq. || **18** Stoic. Vet. Frag. II 956

2 quidam *corr. in* quiddam **A B** quiddam **F M** | logos *corr. in* locus **V** | *de ignava ratione cf. Gercke p. 735 et Zeller* (*Die Philos. d. Griech. III 1, p. 171, adnot. 1; etiam Stüve p. 7 sqq.*) || **3** *cf. lin. 11. 12* | nihil est quod omnino **O**, *Aldus* | agamus *corr. in* age- **V** || **6—8** item si fatum — non convalesces *om.* **F** || **6** item *supadd.* **M** || **13** et *om.* **V** | edem *corr. in* eandem **V** || **17** non *post* morbo *del.* **A B**, *supadd.* **V** || **22** fatum *ex* factum **V** | est *Madvig* erit *dubitanter scr. Müller* || **25** quia *mg.* quasi **V** | concubitorum *corr. in* -turum **A V** || **26** et] haec (*del., supscr.* et) **B** | *post* procreaturum *fortiter distinguendum est; post* luctabitur (*p. 165, 4*) *contra levius* | ut] item *Christ*

dictum: 'luctabitur Olympiis Milon', et referret aliquis: 'ergo sive habuerit adversarium, sive non habuerit, luctabitur', erraret; est enim copulatum 'luctabitur', quia sine adversario nulla luctatio est. omnes igi-
5 tur istius generis captiones eodem modo refelluntur. 'sive tu adhibueris medicum, sive non adhibueris, convalesces' captiosum: tam enim est fatale medicum adhibere quam convalescere. haec, ut dixi, confatalia ille appellat.

14 31 Carneades genus hoc totum non probabat et nimis in-
10 considerate concludi hanc rationem putabat. itaque premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam; cuius erat haec conclusio: 'si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali conligatione conserte contexteque fiunt; quod si ita est, omnia necessitas efficit; id si verum
15 est, nihil est in nostra potestate; est autem aliquid in nostra potestate; at si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt; non igitur fato fiunt, quaecumque fiunt'. hoc artius adstringi ratio non potest. 32 nam si quis velit idem referre atque ita dicere: 'si omne futurum ex
20 aeternitate verum est, ut ita certe eveniat, quem ad modum sit futurum, omnia necesse est conligatione naturali conserte contexteque fieri', nihil dicat. multum enim differt, utrum causa naturalis ex aeternitate futura vera efficiat, an etiam sine aeternitate naturali, futura quae
25 sint, ea vera esse possint intellegi. itaque dicebat Carneades ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset.

1 milon *ex* minon **V** minon *cett. codd.* Milo *Orelli* || **2** adversarium sive non habuerit *add. mg.* **V** || **3** incopulatum, in *exp.* **A** || **4** omnis **V** || **6** medicum sive non adhibueris *eand. lin. continuans add. m. alt.* **A** | sive non (*om.* adhibueris) **N** || **7** captiosum est **V** | adhibuere *corr. in* -bere **A V** || **8** valescere *corr. in* conva- **B** || **9** probat **O** || **10** premebatur **V** || **13** consertae contextaeque (*corr. in* -te contexte- **V**) **A B V** || **14. 15** verum *supadd.* est **V** || **17. 18** quaecumque fiunt *supadd. m. alt.* **B** || **18** ratione (*in ras. scr.* **N**) **O N** || **18–25** nam si quis — possint intellegi *habet* **R** || **22** consertae contextaeque **A** | dicat *corr. in* dicit **A** dicit **B F R** || **23. 24** causa naturalis futura que sint (*om.* ex aeternitate fut. vera) ea vera efficiat an etiam **R** || **24** sine ⟨causa ex⟩ aeternitate *Kayser* sine causa natur. ex aetern. *Christ* || **26** posse dicere *add. mg. alia m.* **A** | ne si **V**

33 quid enim spectans deus ipse diceret Marcellum eum, qui ter consul fuit, in mari esse periturum? erat hoc quidem verum ex aeternitate, sed causas id efficientis non habebat. ita ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa tamquam vestigia exstarent, Apollini nota esse censebat: 5 quo minus futura! causis enim efficientibus quamque rem cognitis posse denique sciri, quid futurum esset. ergo nec de Oedipode potuisse Apollinem praedicere nullis in rerum natura causis praepositis, cur ab eo patrem interfici necesse esset, nec quicquam eius modi. 10

15 Quocirca, si Stoicis, qui omnia fato fieri dicunt, consentaneum est huius modi oracla ceteraque, quae a divinatione ducuntur, comprobare, iis autem, qui, quae futura sunt, ea vera esse ex aeternitate dicunt, non idem dicendum est, vide ne non eadem sit illorum causa et Stoicorum: 15 hi enim urguentur angustius, illorum ratio soluta ac libera

34 est. quod si concedatur nihil posse evenire nisi causa antecedente, quid proficiatur, si ea causa non ex aeternis causis apta dicatur? causa autem ea est, quae id efficit, cuius est causa, ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis 20 ardoris. itaque non sic causa intellegi debet, ut, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat; nec quod in Campum descenderim, id

3 causas (*alt.* s *add. alia m.*) sicut (cut *supadd. alia m.*) deficientis **A** causas side ficientis **B** causas sicut id (*supadd.*) deficientis (*corr. in* effi-) **F** causas sicut id efficientes **M** || 4 nulla (nu *eras.*, i *in ras. scr.*) **A** illa **BFM** || 6 quanto minus *Orelli* || 7. 8 ne de Oedipo quidem *Klotz* || 10 quoquam *corr. in* quicquam **AV** || 11. 12 quocirca — modi *add. in calce* **V** || 12 ad divinationem **V** ad (d *exp.* **F**) divinatione (*ex* -nem, *ut videtur, sign.* ~ *sup.* e *scr. evan. in* **A**) **FA** || 13 ducuntur **N** dicuntur *cett. codd.* | ad divinat. pertinent *Davies* ad divinat. pertinere dicuntur **O** | iis **F** his *cett. codd.* || 14 *ante* dicunt *unam litt.* (*fort.* ẽ) *eras.* **B** || 16 urguentur *corr. in* urge- **AV** urgentur **F** | angustiis **ABF**; *ita corr. ex* angustus **V** || 17—23 quodsi concedatur — efficienter antecedat *habet* **R** || 19 dicatur *Strozz.* ducatur *codd.* || 20 crudelitas **M** | ignes (*ex* ignis **A**) **BFMRA** || 21 ardores *corr. in* -ris **R** || 22 *post* cuique[1] *add.* efficienter (*eras.*) **B** | ei] et **V**, *ita* **A** *prim.* | antecedat — cuique *add. in calce* **A**, *in mg.* (et *pro* ei *scr.*) **N** | efficientur (*corr. in* -ter) **BV** || 23 antecedant *corr. in* -at **A** antecedant *corr. in* -it **V** | ne (*corr. in* nec **A**) **VA** | descenderint **V**

fuisse causae, cur pila luderem, nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis, quod Alexandrum genuerit, nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemestram. hoc enim modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse
5 dicetur, cur ab eo spoliaretur. ex hoc genere illud est Enni: 35

utinám ne in nemore Pélio secúribus
caesae áccidissent ábiegnae ad terrám trabes!

licuit vel altius: 'utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor!', etiam supra: 'utinam ne esset mons ullus
10 Pelius!' similiterque superiora repetentem regredi infinite licet.

neve índe navis ínchoandi exórdium
coepísset!

quorsum haec praeterita? quia sequitur illud:

15 nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem,
Medéa, animo aegro, amóre saevo saúcia,

non ut eae res causam adferrent amoris.

6–7 Rhet. ad Her. II 34; Cic. Cael. 18; Invent. I 91; Nat. deor. III 75; Fin. I 4; Tusc. I 45; Top. 61; Varr. L. L. VII 33; Quintil. Inst. orat. V 10, 84; Donat. ad Ter. Phorm. 157; Iul. Vict. Ars rhet. 12 (R. L. M. 415, 33 H.); Hieron. Epist. 127; Oros. I 12, 10; Prisc. G. L. K. III 423, 36 || **15–16** Rhet. ad Her. II 34; Oros. I 12, 10

1 causa cur **B** causam cur *Escor. S-I-18* || **4** crassatori *in ras.* **AV** || **5** diceretur (*corr. in* dicetur **A**) **VA** | causa foret cur a grassatore spoliaretur *Ven.* | gere, *supadd.* ne *m. alt.* **B** || **6–7** *Enn. Scaen. 246 sq.* (= *Eurip. Med. 1 sqq.*) || **7** accidissent *corr. in* cecid- **AB** accedissent **V** cecidissent **FM** caesa accedisset *Priscianum* (*G. L. K. II 320, 16*) *et Varronem* (*quod ad singularem attinet*) *secutus Vahlen, coll. Eurip. Med. 4* | abiaegne (*alt.* a *exp.*) **V**, *ita* **A**, *eras. alt.* a | trabas *corr. in* -es **V** || **8–9** in Pelio — utinam ne *om.* **V** || **11** licet] licet quorsum **V**, *miro errore ex l. 14, ubi* quorsum *om.* || **12. 13** *Enn. Scaen. 248 sq.* || **12** incohandae **O** *et Rhet. ad Her.* (*codd.* **CP**[2] **d**) incohanda *Priscian. et Rhet. ad Her.* (*cod.* **B**) || **13** cepisset **N**, *ita cod.* **M** *Rhet. ad Her. et pler. Prisciani codd.* || **13. 14** coepisset quorsum *evanuer. in* **A** || **15–16** *Enn. Scaen. 253 sq.* || **15** era *lin. del.* **V** | errans medea (err. mea medea, *om.* domo, **bl**) *Rhet. ad Her. codd.* **dbl** | haecferret (ha *eras.* **B**, *del.* **V**) **BV** || **16** aegra (*corr. in* -ro) *cod.* **b** *Rhet. ad Her.; ita Müller, Ribbeck* | more *corr. in* amore **A** amores, s *del.* **V** || **17** *ante* non ut *quaedam desiderari put. Lambinus, contra Davies; de his verbis* (non ut — amoris) *recte disser. Stüve p. 44* | eae *corr. in* he **V** | adferent (*corr. in* adferre- **B F**) **ABF**

16 36 Interesse autem aiunt, utrum eius modi quid sit, sine quo effici aliquid non possit, an eius modi, cum quo effici aliquid necesse sit. nulla igitur earum est causa, quoniam nulla eam rem sua vi efficit, [in] cuius causa dicitur. nec id, sine quo quippiam non fit, causa est, sed id, quod, cum 5 accessit, id, cuius est causa, efficit necessario. nondum enim ulcerato serpentis morsu Philocteta quae causa in rerum natura continebatur, fore ut is in insula Lemno linqueretur? post autem causa fuit propior et cum exitu 37 iunctior. ratio igitur eventus aperit causam. sed ex aeter- 10 nitate vera fuit haec enuntiatio: 'relinquetur in insula Philoctetes', nec hoc ex vero in falsum poterat convertere. necesse est enim in rebus contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat), ex iis igitur necesse est invito Epicuro 15 alterum verum esse, alterum falsum; ut 'sauciabitur Philocteta' omnibus ante saeculis verum fuit, 'non sauciabitur' falsum. nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi, qui tales enuntiationes nec veras nec falsas esse dicunt, aut, cum id pudet, illud tamen dicunt, quod 20 est inpudentius: veras esse ex contrariis diiunctiones, sed, quae in his enuntiata essent, eorum neutrum esse 38 verum. o admirabilem licentiam et miserabilem inscientiam disserendi! si enim aliquid in eloquendo nec verum nec falsum est, certe id verum non est; quod autem ve- 25

1—6 Stoic. Vet. Frag. II 987

1—6 interesse — necessario *habet* **R**, *qui post* aiunt *add.* Stoici || **2. 3** non possit — effici aliquid *mg. add. alia m.* **B** || **2** cum *om.* **F M R** || **2. 3** aliaquid (*corr. in* aliquid, *inde exp.*) effici aliquid **V** || **3** aliquid (*inde supadd.* necesse) possit (pos *exp.*) **M** | earum rerum *Plasberg* || **4** cuius *Ven.* in cuius *codd.* | dicatur **R** || **6** effici *corr. in* -citur **V** || **9** proprior (*corr. in* propi- **V**) **A B F V** || **12** vera **V** | pperat (properat*?*) *corr. in* poterat **B** | convertere *corr. in* -verti **A** converte *corr. in* -ti **B** converti **F M** || **15** ex his (ex hiis **V**) **F V** | invito Epicuro *insiticia habuit Bremi* || **17** Philocteta *delend. put. Madvig* || **21** vera *corr. in* veras **B** verax *corr. in* veras **M** | disiunctiones **M** || **22** iis **B** || **23** mirabilem *corr. in* misera- **B** mirabilem (*duob. litt. ab initio eras.*, *puto* ad) *corr. in* misera- **N** || **24** — p. 169, **6** si enim — esse libera *habet* **R**

rum non est, qui potest non falsum esse? aut, quod falsum non est, qui potest non verum esse? tenebitur id, quod a Chrysippo defenditur, omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse; ratio ipsa coget et ex aeternitate quaedam
5 esse vera, et ea non esse nexa causis aeternis, et a fati necessitate esse libera.

17 39 Ac mihi quidem videtur, cum duae sententiae fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis adferret, in
10 qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit, altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii, Chrysippus tamquam arbiter honorarius medium ferire voluisse, sed adplicat se ad eos potius, qui necessitate motus animorum liberatos
15 volunt; dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. atque 40 hoc, si placet, quale sit, videamus in adsensionibus, quas prima oratione tractavi. eas enim veteres illi, quibus omnia fato fieri videbantur, vi effici et necessitate dice-
20 bant. qui autem ab iis dissentiebant, fato adsensiones liberabant negabantque fato adsensionibus adhibito necessitatem ab his posse removeri; iique ita disserebant: 'si omnia fato fiunt, omnia fiunt causa antecedente; et, si adpetitus, illa etiam, quae adpetitum secuntur, ergo
25 etiam adsensiones; at, si causa adpetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem adpetitus est in nostra potestate;

3 Stoic. Vet. Frag. II 952 ‖ **10** Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 66

1–2 non falsum esse — qui potest *add. mg.* **V** | aut quod falsum — verum esse '*ab interpolatore quodam aut a Cicerone parum acute addita*' *suspicatus est Christ* ‖ **2** tenebitur *codd., quod servari potest asyndeto adhibito, non aliter atque in lin. 4* ratio ipsa (*Ax*) tenebitur igitur *Lambinus* ('*quod est in Pith.*' *Gruter*) tenebitur ergo *Fabricius et Davies* ‖ **8** censerant (*corr. in* -rent **F**) **A F** consenserent *corr. in* -rint (*mg.* non censerent, *sed* non *exp.*) **V** ‖ **9** adferet *corr. in* -ferret **B** ‖ **13** honerarius **V** | se *supadd. m. alt.* **B** ‖ **14** motus animi (*vel* animorum, *ut in lin. 12 et p. 173, 21*) liberatos *Davies* motus animos liberatos (liberos *Strozz.*) *codd.* ‖ **20** ab his **V** | adsensionis *corr. in* assensiones **B** ‖ **21** negabant *supadd.* que **F** ‖ **22** moveri *sup. praemis.* re **M** | hique **A V F M**

quod si ita est, ne illa quidem, quae adpetitu efficiuntur,
sunt sita in nobis; non sunt igitur neque adsensiones ne-
que actiones in nostra potestate. ex quo efficitur ut nec
laudationes iustae sint nec vituperationes nec honores
nec supplicia'. quod cum vitiosum sit, probabiliter con- 5
cludi putant non omnia fato fieri, quaecumque fiant.

18 41 Chrysippus autem, cum et necessitatem inprobaret et
nihil vellet sine praepositis causis evenire, causarum ge-
nera distinguit, ut et necessitatem effugiat et retineat
fatum. 'causarum enim' inquit 'aliae sunt perfectae et 10
principales, aliae adiuvantes et proximae. quam ob rem,
cum dicimus omnia fato fieri causis antecedentibus, non
hoc intellegi volumus: causis perfectis et principalibus,
sed: causis adiuvantibus [antecedentibus] et proximis'.
itaque illi rationi, quam paulo ante conclusi, sic occurrit: 15
si omnia fato fiant, sequi illud quidem, ut omnia causis
fiant antepositis, verum non principalibus causis et per-
fectis, sed adiuvantibus et proximis. quae si ipsae non sunt
in nostra potestate, non sequitur ut ne adpetitus quidem
sit in nostra potestate. at hoc sequeretur, si omnia per- 20
fectis et principalibus causis fieri diceremus, ut, cum eae
causae non essent in nostra potestate, ne ille quidem esset
42 in nostra potestate. quam ob rem, qui ita fatum introdu-
cunt, ut necessitatem adiungant, in eos valebit illa con-
clusio; qui autem causas antecedentis non dicent perfectas 25
neque principalis, in eos nihil valebit. quod enim dican-
tur adsensiones fieri causis antepositis, id quale sit, facile
a se explicari putat. nam quamquam adsensio non possit

4 iustae (ae *in ras.*) sint ne (*supadd.* c) **B** || **5** subplicia (*inde trib. litt. eras.*) **A** supplicatia, at *exp.* **V** | sit probabiliter concludi *evanida non leg. in* **A** || **9** effugiat *ex* -geat **B** || **12** dicimus (dm̃s, *ex* om̃s) **B** || **14** adiuvantibus antecedentibus (*fort. in textum irreps. ex super.* antecedentibus) *codd.;* antecedentibus *del. Davies* (*'parum videtur necessaria'*); *cf. lin. 18 et Yon p. LXI* || **18** ipsi *corr. in* ipsa **V** | sunt **N**, *sic Strozz., qui* ipse non sunt *scr.* sint *cett. codd.* || **19** potestate (*inde eras. duab. litt.*) non **A** pot. ad (*corr. in* at) non **V** pot. ad (*corr. in* at, *denuo in* id, *quod del.*) non **B** || **20** ad *corr. in* at **V** || **21** eae *corr. in* hae **V** || **22—23** ne ille quidem — potestate *add. in calce* (*ante* ille *supadd.* ne appetitus *m. alt.*) **V**, *om.* **A B F M** || **26** quid *corr. in* quod **M**

fieri nisi commota viso, tamen, cum id visum proximam causam habeat, non principalem, hanc habet rationem, ut Chrysippus vult, quam dudum diximus; non ut illa quidem fieri possit nulla vi extrinsecus excitata (necesse
5 est enim adsensionem viso commoveri), sed revertitur ad cylindrum et ad turbinem suum, quae moveri incipere nisi pulsa non possunt. id autem cum accidit, suapte natura, quod superest, et cylindrum volvi et versari turbinem putat.

19 43
10 'Ut igitur' inquit 'qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit, sic visum obiectum imprimet illud quidem et quasi signabit in animo suam speciem, sed adsensio nostra erit in potestate, eaque, quem ad modum in cylindro dictum est, extrin-
15 secus pulsa, quod reliquum est, suapte vi et natura movebitur. quod si aliqua res efficeretur sine causa antecedente, falsum esset omnia fato fieri; sin omnibus, quaecumque fiunt, veri simile est causam antecedere, quid adferri poterit, cur non omnia fato fieri fatendum sit?
20 modo intellegatur, quae sit causarum distinctio ac dissimilitudo'. haec cum ita sint a Chrysippo explicata, si illi, 44 qui negant adsensiones fato fieri, fateantur tamen eas non sine viso antecedente fieri, alia ratio est; sed si concedunt anteire visa, nec tamen fato fieri adsensiones, quod
25 proxima illa et continens causa non moveat adsensionem, vide ne idem dicant. neque enim Chrysippus, concedens adsensionis proximam et continentem causam esse in

6 Gell. VII 2, 11 (= Chrys. frg. 31 G.)

2 habeat *ex* -eant **B** ‖ **6** a (*corr. in* ad) cyl. et a (*corr. in* ad) **V** ‖ **7** suiapte, i *del.* **V** | naturae **A** ‖ **10** quilindrum *corr. in* cy- **AV** ‖ **14** quilindro *corr. in* cy- **ABV** ‖ **18** quid *ex* quod **V** quod *exp.* **A**, *om.* **BFM** ‖ **19** potest (*ex* poterit **A**) **BFMA** ‖ **22** †fateantur tamen *Christ* non fateantur (*del.* tamen) *Bremi* infitiantur tamen *Heine* (*Stoic. de fato doctrina, p. 2*) ‖ **22–23** eas sine viso *Valla; sed cf. p. 172, 4 sq.* nisi sine viso *Bremi. de hoc loco cf. Gercke p. 703; Stüve p. 53 sqq.; Yon p. XXX, adnot. 2* ‖ **27** adsensiones *ex* -nis **A** adsensionis *ex* -nes **BM** adsensiones **F**

viso positam, neque eam causam esse ad adsentiendum necessariam, concedet ut, si omnia fato fiant, omnia causis fiant antecedentibus et necessariis; itemque illi, qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri adsensiones sine praecursione visorum, dicent, si omnia fato fierent eius 5 modi, ut nihil fieret nisi praegressione causae, confitendum esse fato fieri omnia; ex quo facile intellectu est, quoniam utrique patefacta atque explicata sententia sua ad eundem exitum veniant, verbis eos, non re dissidere.
45 omninoque, cum haec sit distinctio, ut quibusdam in 10 rebus vere dici possit, cum hae causae antegressae sint, non esse in nostra potestate, quin illa eveniant, quorum causae fuerint, quibusdam autem in rebus causis antegressis in nostra tamen esse potestate, ut illud aliter eveniat: hanc distinctionem utrique adprobant, sed alteri 15 censent, quibus in rebus, cum causae antecesserint, non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant, eas fato fieri; quae autem in nostra potestate sint, ab iis fatum abesse . . .

1 neque *om. Ven. 1496, del. Turnebus; Christ, Baiter, Yon* (*etiam Gercke p. 704, qui tamen aliter et parum recte loc. interpret.*) *codd. lectionem serv., neque iniuria: nam verba* neque enim Chrysippus *cum* concedet ut *coniungenda videntur, et illud* concedens *non minus infinitivam structuram* adsensionis proximam et continentem causam esse in viso positam *quam sequentem* neque eam causam esse ad adsentiendum necessariam *excipit. cf. Chrysippi de adsensionibus sententia* (*Fat. 40 sqq.*) *et verba illa* si omnia fato fiant — proximis (*Fat. 41*), adsensio — habeat (*Fat. 42*), confitentes — visorum (*linn. 4—5*) *nec non* dicent (*idem ac* concedet, *quod tamen negat*) *et postremo* si omnia fato — fieri omnia (*linn. 5—7*) | esse *om.* **B** || **2** concedit (*ex* -det **B F**) **M B F** || **3** neque (*pro* itemque) illi *Lambinus* || **4** dissentiant *corr. in* -unt **B** || **5** dicunt **M**, *ita* **F** *ex* -cent || **7** intellectum (*corr. in* -tu **V F**) **B V F** || **8** cum *post* quoniam *supadd.* **V** | explicita **A B F M** || **11** posset **V** | haec, c *exp.* **V** || **14** veniat **V** || **16** cum *del. Lambinus, qui ante* non sit *scr.* ita ut (*sic leg. in* **N** *et in extr. lin. add. m. alt.* **V**) | sint, n *del.* **A B V** || **17** illae *Davies* | ea *corr. in* eas **B** illas *Davies* || **18** his (is *corr. in* iis **B**) **V M B** | *post* abesse *nonnulla intercidisse vidit Lambinus; hanc lac. ita expl. Alanus:* alteri volunt a rebus fatum omne relegari, *ex lectione* fatum omne relegari *cod. Harl.*

20 46 Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus et de via declinantibus petere praesidium. 'declinat' inquit 'atomus'. primum cur? aliam enim quandam vim motus habebant a Democrito impul-
5 sionis, quam plagam ille appellat, a te, Epicure, gravitatis et ponderis. quae ergo nova causa in natura est, quae declinet atomum? aut num sortiuntur inter se, quae declinet, quae non? aut cur minimo declinent intervallo, maiore non? aut cur declinent uno minimo, non declinent
10 duobus aut tribus? optare hoc quidem est, non disputare.
47 nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri et declinare dicis, neque in illo inani, per quod feratur atomus, quicquam fuisse causae, cur ea non e regione ferretur, nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est,
15 quam ob rem naturalem motum sui ponderis non teneret. ita cum attulisset nullam causam, quae istam declinationem efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur, cum id dicat, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.
48 nec vero quisquam magis confirmare mihi videtur non
20 modo fatum, verum etiam necessitatem et vim omnium rerum, sustulisseque motus animi voluntarios, quam hic, qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has commenticias declinationes confugisset. nam, ut essent atomi, quas quidem esse mihi probari nullo modo potest,
25 tamen declinationes istae numquam explicarentur. nam si atomis, ut gravitate ferantur, tributum est neces-

4 Diels, Vorsokrat. 68 (55) A 47

1 *ad* oportet *spectans, addit. notis Tironianis* ([illegible]) dimissum (hic dim- **A**) est *mg. scr.* **BA** | *cum* oportet *finit* **F** *sine subscriptione* ‖ **2** aberrantibus *Christ* | *post* declinantibus petere (*ita finit f. 75ᵛ*) *in* **A** *vacuum est f. 76ʳ, a f. 76ᵛ incipiunt Topica; deinde cum f. 77ʳ redit De fato* (praesidium declinat . . .) ‖ **4** enim *del.* **A**, *om.* **M** ‖ **5** a te] ante **V** | epicurae *corr. in* -reae **V** ‖ **6** qua declinet *Davies, qui tamen* quae *in textu serv. et* declinet *pro 'declinare faciat' interpret.* ‖ **14** ipsa (*corr. in* ipsam) atomum utationis (*corr. in* mu-) **V** | factum esse *Davies* ‖ **16** eis (*exp.*) *supscr.* istam **M** ‖ **23–25** commenticias — tamen declinatio *erasa in* **V** ‖ **24** probari *Ven.* probare *codd.* ‖ **25** numquid **B**

sitate naturae, quod omne pondus nulla re impediente moveatur et feratur necesse est, illud quoque necesse est, declinare, quibusdam atomis vel, si volunt, omnibus naturaliter . . .

2 eferatur *corr. in* et fer- **A**

M. TVLLII CICERONIS DE FATO EXPLICIT **M** *subscriptione carent cett. codd.* | *post* naturaliter *mg. scr. 'hic deest finis huius libri quem invenies quaternione XXI folio secundo' alia m.* **B;** *in* **A** *post* naturaliter *incipiunt Topica (a verbis* ut potui, *§ 4) sine titulo (mg. adscr.* TOPICA CIC)

DE FATO FRAGMENTA

1. Gellius N. A. VII 2, 15: itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit, cum quaestionem istam diceret obscurissimam esse et implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum non expedisse se in ea ⟨ait⟩ his verbis: Chrysippus aestuans laboransque, quonam hoc modo explicet, et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis, intricatur.

3 *Cf. Chrys. frg. 97 G.* ‖ 4 ait *add. Lion* refert *Gronov* | in ea his verbis ⟨scripsit⟩ *Hertz* ‖ 5 quonam hoc modo *Hertz* hoc modo *post* intricatur *colloc. codd.* quonam pacto *Christ* ‖ 6 explicet **V** explicit *codd.* | aliquod *codd.* | *post* intricatur *lacunosus textus videtur, quod probabilius apparet, si codd. lectionem* hoc modo *post* intricatur *servandam putamus (ita Christ, Müller et nonnulli)*

2. Servius ad Aen. III 376: volvitque vices] definitio fati secundum Tullium, qui ait: fatum est conexio rerum per aeternitatem se invicem tenens, quae suo ordine et lege variatur, ita tamen, ut ipsa varietas habeat aeternitatem.

4 lege sic var. **F** lege ⟨sua⟩ var. *Ax* | ita tamen *uncinis inclus. Christ cf. Chrys. frg. 33 G. (= Gell. N. A. VII 2, 3). totum hoc frg. legitur in Hadoardi excerptis* (**R**, *f.* 53^v), *his verbis praemissis: 'Item definitio fati eiusdem'*

3. Augustinus Civ. Dei V 8: illi quoque versus Homerici huic sententiae suffragantur, quos Cicero in Latinum vertit:

tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
5 Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.

nec in hac quaestione auctoritatem haberet poetica sententia; sed quoniam Stoicos dicit vim fati adserentes istos ex Homero versus solere usurpare, non de illius poetae, sed de istorum philosophorum opinione tractatur, cum 10 per istos versus, quos disputationi adhibent, quam de fato habent, quid sentiant esse fatum apertissime declaratur, quoniam Iovem appellant, quem summum deum putant, a quo conexionem dicunt pendere fatorum.

4 sq. *cf. Hom. Od. XVIII 136 sq.* | qualis *ex* quales **B** *a* || 5 astrifero *cod. Colbertinus, teste Christio*

4. Augustinus Civ. Dei V 2: Cicero dicit Hippocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse quosdam fratres, cum simul aegrotare coepissent, et eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur, geminos 5 suspicatum. quos Posidonius Stoicus multum astrologiae deditus eadem constitutione astrorum natos eademque conceptos solebat adserere. ita, quod medicus pertinere credebat ad simillimam temperiem valetudinis, hoc philosophus astrologus ad vim constitutionemque siderum, 10 quae fuerat, quo tempore concepti natique sunt.

5. Macrobius Sat. III 16, 3 sq.: et ne vilior sit testis poeta, accipite adsertore Cicerone, in quo honore fuerit hic piscis apud P. Scipionem Africanum illum et Numantinum. haec sunt in dialogo de fato verba Ciceronis: nam 5 cum esset apud se ad Lavernium Scipio unaque Pontius, adlatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro

4 *ex libri de fato fragmento, quod codd. tradid., dialogo usum esse Ciceronem non apparet; sed fieri potest Macrobium 'dialogum' addidisse extremis verbis impulsum huius fragmenti, ubi Pontius loquens inducitur* || 5 levennium **B**

capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. cum autem Scipio unum et alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitavisset pluresque etiam invitaturus videretur, in aurem Pontius 'Scipio', inquit 'vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est'. 5

6. Nonius, p. 34, 20 M. (= p. 50 L.): praestringere dictum est non valde stringere et perlaudare. . . . Cicero de fato et de finibus bonorum et malorum lib. IV: aciem animorum nostrorum virtutis splendore praestringitis.

3 de fato et *seclus. Lindsay* (*pro* de fi. bo. et) | *cf. Fin. IV 37*

TIMAEVS

1 1 Multa sunt a nobis et in Academicis conscripta contra physicos et saepe ⟨cum⟩ P. Nigidio Carneadeo more et modo disputata. fuit enim vir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator et diligens earum rerum, quae a natura 5 involutae videntur; denique sic iudico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina exstincta est quodam modo, cum aliquot saecla in Italia Siciliaque viguisset, hunc 2 exstitisse qui illam renovaret. qui cum me in Ciliciam proficiscentem Ephesi exspectavisset Romam ex legatione 10 ipse decedens, venissetque eodem Mytilenis mei salutandi et visendi causa Cratippus, Peripateticorum omnium, quos quidem ego audierim, meo iudicio facile princeps, perlibenter et Nigidium vidi et cognovi Cratippum. ac

M. TVLLII CICERONIS DE DIVINATIONE LIBER II EXPLICIT INCIPIT (INCIPIT EIVSDEM **M**) TIMEVS (FELIC. *add.* **V**) **AFVM**: *ita* **B** (*post Leg. II 4* studioseque eorum etiam), *sed eras. et lin. del.* M. T. Ciceronis Disputatio super Timeo Platonis **S** M. T. C. liber sive explanatio in thimeum platonis incipit **E** Marci T̃· C̃· de cosmi sive mundi creatione liber Incipit **D** Marci Tuly Ciceronis de essentia seu productore mundi liber incipit *Ambros.* M. T. C. liber de Universalitate incipit *Ross.* Timeus Platonis incipit M. T. C. *Erlang.* | *inscriptione carent Vatic. et Paris., nisi quod* Ciceronis liber de universitate *mg. add. m. alt. Paris.*

2 cum *add. Manutius* || **4** libero *ex* -ros **B** | ornatus *ex* -tos **B** | tunc **ABF** || **7** pictagoricos quorum doctrina **D** || **8** aliquod (*corr. in* -ot **BVF**) **ABVF** | viguissent (*ex* -set **F**) **MF** || **10** proficiscente **ABV** | Romam (*mg.* -ma *Paris.*) *Paris.*, *Ven. 1496* roma *codd.* || **11** decedens *Asc.* descendens (*ex* disc- **B**; *corr. in* decend- **V**) *codd.* discedens *Ven. 1474* | venissetque *ex* -se quae **B** | mei, i *eras.* **A** me **BF** || **11.12** salutandi visendique **D**, *Valla* || **13** ego *om.* **S**

primum quidem tempus salutationis in percontatione consumpsimus . . .

2 . . . Quid est quod semper sit neque ullum habeat or-
3 tum, et quod gignatur nec umquam sit? quorum alterum intellegentia et ratione comprehenditur, quod unum atque (5) idem semper est; alterum, quod adfert opinio et sensus rationis expers, quod totum opinabile est, id gignitur et interit nec umquam esse vere potest. omne autem quod gignitur ex aliqua causa gigni necesse est; nullius enim
4 rei causa remota reperiri origo potest. quocirca si is, qui (10) aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quae semper eadem est, intuebitur atque id sibi proponet exemplar, praeclarum opus efficiat necesse est; sin autem eam, quae gignitur, numquam illam, quam expetet, pulchritudinem consequetur. omne igitur cae- (15)

3 Boeth. In Top. Cic. 3: unde etiam idem Cicero in Timaeo Platonis ait: quid est quod semper sit nec ullum habeat ortum, et quod gignatur nec umquam sit? quorum alterum intellegentiae ratione comprehenditur, alterum affert opinioni sensus rationis expers.

1 percontatione **MS** percunctationis (*corr. in* -ne **B**) **VB** | consumimus **S** | *inde Tulliani exordii nonnulla desunt* (*ita agnov. Erlang. et Asc.*) *et neglecta videntur Platonis verba usque ad* πρῶτον διαιρετέον τάδε (*27d*)*; nam Ciceronis libri initium* Quid est quod semper sit *ad Platonis verba* τί τὸ ὂν ἀεί (*27d*) *est conferendum; contra Perionius* || 3 Quid est quod — vacaret (*p. 190, 21*) *habet* **R**, *praemisso hoc titulo*: De Universitate Quae Percipi Mente Sensuque Corporis Queunt (*f. 12v*) | nec ullum *Boethius* | habeat *Boethius* habet *codd.* || 5 intelligentiae ratione *Boethius* || 5.6 q. unum atque id. semp. est *om. Boethius* || 6 semper *om.* **S** | opinio et sensus *nos* (*cf. Calcid. 23 et 24*) opinionem sensus *codd.: sed verba illa* sensus rationis expers *cum exemplari Graeco collata* (μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου) *unam sententiam exprimunt, quasi* sensus *sit nominativus 'quo* (*id est, quia sensus rationis expers est*) *opinione ad credendum inducimur' enodav. Valla, qui „ut non sit* 'affert opinionem sensus', *sed* 'expers sensus rationis'" *interpretatus est* alt. affert opinioni s. rat. exp. *Boethius* alt. quod adfert ⟨ad⟩ opinionem s. rat. exp. *Plasberg* alt. quod adfert opinione s. rat. exp. *Engelbrecht. de hac quaestione cf. etiam Giomini*[1], *p. 45 sq. et Traglia*[4], *p. 325 sq.* || 7 id] id quod **S** || 7–9 et interit — gignitur *in calce add.* **A** ||

[*Ἔστιν οὖν δὴ κατ᾽ ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε.*] *τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεί, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπ-* 28
τόν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δ᾽ αὖ δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ᾽ αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ᾽ ἂν εἰς τὸ γεγονός, [*γεννητῷ* b
παραδείγματι προσχρώμενος,] *οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς*

Platonis verba, quae in Ciceronis translatione desunt, uncis ([]) includuntur.

9. 10 nullius — potest *om.* **D** ‖ **10** sit *corr. in* si **B** | qui (*sed* i *supadd.*, *eras. post* u *duob. vel trib. litt.*, *quarum pr.* u *vel* o *videtur*) **B** qui (*ex* qua) et **V** ‖ **12** est *supadd. m. alt.* **AB**, *om.* **V** | atque id] atque eam (*in ras.* **A**; *del.*, *supscr.* id **B**) **AFMB** id (ad **D**) quod **SD** | proponet **D** proponit *cett. codd.* ‖ **13** exempla (*corr. in* -ar **A**) **VA** exempla (a *del.*, *supscr.* o, *inde paulo super. scr.* r) **B** ‖ **14** eam, m *del.* **V** | ullam *corr. in* illam **S** | expectet (c *exp.* **S**) **DS**

lum sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet,
5 hoc a nobis nuncupatus sit — de quo id primum
considereremus, quod principio est in omni quaestione
considerandum, semperne fuerit nullo generatus or-
tu, an ortus sit [an] ab aliquo temporis principatu. ortus 5
est, quandoquidem cernitur et tangitur et est undi-
que corporatus; omnia autem talia sensum movent, sen-
susque moventia quae sunt, eadem in opinatione consi-
dunt: quae ortum habere gignique diximus, nihil autem
6 gigni posse sine causis. atque illum quidem quasi paren- 10
tem huius universitatis invenire difficile et, cum iam
invenerit, indicare in vulgus nefas. rursus igitur vi-
dendum, ille fabricator huius tanti operis utrum sit
imitatus exemplar, idne, quod semper unum idem
et sui simile, an id, quod generatum ortumque 15
dicimus. atqui si pulcher est hic mundus et si pro-
bus eius artifex, profecto speciem aeternitatis imitari
maluit; sin secus, quod ne dictu quidem fas est,
7 generatum exemplum est pro aeterno secutus. non
igitur dubium, quin aeternitatem maluerit exsequi, 20
quandoquidem neque mundo quicquam pulchrius ne-
que eius aedificatore praestantius. sic ergo generatus ad
id est effectus, quod ratione sapientiaque comprehenditur
atque aeternitate inmutabili continetur. ex quo efficitur,
ut sit necesse hunc, quem cernimus, mundum simulacrum 25
aeternum esse alicuius aeterni. difficillimum autem est in
omni conquisitione rationis exordium; de iis igitur, quae

3 principio] precipue **D**, *Valla* | ẽ (*ex* et, *inde eras. quattuor litt.*) in omne (*corr. in* -ni) **A** || **5** an² *codd. om. Ross.* || **6** et *post* est¹ *exp.* **B** || **8** considunt *mg.* consistunt *m. aliquanto rec.* **V** || **10** parentem *ex* -tum **B** || **11** *post* universitatis *add.* se, *inde del.* **B** || **12** invenirit (-nerit **B**) *corr. in* -neris **AB** invenerit (*ex* -ni-**V**) **SV** inveneris *Minucius* | indicarit *corr. in* -re **B** iudicari **D** ||

10 Minuc. Fel. 19, 14: Platoni itaque in Timaeo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem et invenire difficile prae nimia et incredibili potestate, et cum inveneris, in publicum dicere inpossibile praefatur. || **26** Non. 30, 29: Cicero Timaeo: difficillimum — exordium.

— ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω — σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστιν καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δ' αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπηργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀίδιον ἔβλεπεν· εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀίδιον· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται· τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ

c

29

b

14 idne] id (ne *supadd.*) **S** | idem] idemque **SD** et idem *Valla, certe ex* unum atque idem (*p. 178, 5*); *codd. lect. def. Löfstedt, p. 172 sq., coll. Plaut. Curc. 675, Poen. 1340, Bacch. 1109* || **15** et (*mg., ex* ut) sui **S** ut sui (*ex* suis **ABV**) *cett. codd.* || **16** hic *ex* hinc **B** || **18** ne] nec **FRS** | dictu *ex* -to **B** || **22** aedificatione **SD** | si **AB VMR** || **23.24** ratione scientiaque comprehendant (-datur *Valla*) atque imm. aetern. continent (-neatur *Valla*) **D**, *Valla* || **27** omne (*corr. in* -ni **F**) **AF** | inquisitione **D**, *Valla* | orationis *Valla, def. Engelbrecht, p. 218 sq.* | his **ABVFRS**

3 diximus, haec sit prima distinctio. omni orationi cum iis
8 rebus, de quibus explicat, videtur esse cognatio. itaque
cum de re stabili et inmutabili disputat oratio, talis sit
qualis illa, quae neque redargui neque convinci potest;
cum autem ingressa est imitata et efficta simulacra, bene 5
agi putat, si similitudinem veri consequatur: qúantum
enim ad id, quod ortum est, aeternitas valet, tantum ad
fidem veritas. quocirca si forte de deorum natura ortuque
mundi disserentes minus id, quod avemus animo, conse-
quemur, ut tota dilucide et plane exornata oratio sibi 10
constet et ex omni parte secum ipsa consentiat, haut sane
erit mirum, contentique esse debebitis, si probabilia di-
centur; aequum est enim meminisse et me, qui disseram,
hominem esse et vos, qui iudicetis, ut, si probabilia dicen-
tur, ne quid ultra requiratis. 15

9 Quaeramus igitur causam, quae impulerit eum, qui
haec machinatus sit, ut originem rerum et molitionem
novam quaereret. probitate videlicet praestabat, probus
autem invidet nemini; itaque omnia sui similia generavit.
haec nimirum gignendi mundi causa iustissima. nam cum 20
constituisset deus bonis omnibus explere mundum, mali
nihil admiscere, quoad natura pateretur, quicquid erat,
quod in cernendi sensum caderet, id sibi adsumpsit, non

6 Aug. Cons. evang. I 53: Plato in eo libro, quem Timaeum vocant, sic ait: quantum ad id quod ortum est aeternitas valet, tantum ad fidem veritas.

1 in omni oratione **SD** | his **ABVFRS** || 2 explicat *ex* -ta **V** explicata *cett. codd.* | cognitio (*corr. in* cogna- **ABM**) **VFRABM** || 3 disputatur **S** | talis fit *Plasberg*[1], *p. 89 sqq., coll. Cic. Fin. III 19, Fat. 14* || 4 qualis illa neque redargui **VE**, *Ross.; ita scr. Plasberg* (illa: neque) *coll. Cic. Nat. deor. II 96; Sall. Catil. 11, 3 et Iug. 85, 23: perperam, si cf. Plat. Tim. 29b. de hac re cf. Giomini*[3], *p. 360 sqq.* | quae *supadd.* **AB** | possit *maluit Plasberg*[1] (*p. 91*), *duce Kaysero, super.* talis sit *coll.* || 5 efficta *Perionius* effecta *codd.* || 6 puta *vel potius* putate *Atzert, p. 18 sq.* | verius sequatur **D** || 7 tantam **S** || 9 avemus *Turnebus* (*Advers. 28, 14*) *et mg. cod. Paris.* habemus *codd.* | consequimur (*corr. in* -emur **BV**) **SDBV** || 11 haud (*ex* aut **B**) **FMRB** aut (*corr. in* haud **A**) **VSA** ||

·*παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς ὄντας· τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου [καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς] μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους — καθ' ὅσον οἷόν τε καὶ ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀνικήτοις, [τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν] — τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο* c *ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας· ὅτι περ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐὰν οὖν [ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν] περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς ἑαυτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένους ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον* d *ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.*

[ΣΩ. Ἄριστα, ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον· τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε.]

ΤΙ. Λέγωμεν δὴ δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ συνιστὰς συνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς e *περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια ἑαυτῷ. ταύτην δὴ γενέσεως καὶ κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην [παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος] ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν* 30 *πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον ἀλλὰ κινού-*

12 dicerentur *corr. in* dicent- **ABV** ‖ **13** qui *ex* quid **A** ‖ **13.14** et me — hominem esse *om.* **V** ‖ **14** iudicatis **D**, *Valla* ‖ **15** quid] id *corr. in* quid **A** | nichil ultra **D** ‖ **16** causa **V** ‖ **17** sit] est *Kayser* ‖ **18** probitati **V** ‖ **19** sui] sibi *Valla* | omnia bona creavit **R** ‖ **20** ne (*corr. in* ni) mirum **AB** | gignendi] creandi **R** ‖ **22** quoad *ex* q̊dad **V** ‖ **23** quod *supadd.* **M**

tranquillum et quietum, sed inmoderate agitatum et
fluitans, idque ex inordinato in ordinem adduxit; hoc
10 enim iudicabat esse praestantius. fas autem nec est nec
umquam fuit quicquam nisi pulcherrimum facere ei, qui
esset optumus. cum rationem igitur habuisset, reperiebat 5
nihil esse eorum, quae natura cernerentur, inintellegens
intellegente in toto genere praestantius. quocirca in-
tellegentiam in animo, animum inclusit in corpore:
sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum.
quam ob causam non est cunctandum profiteri 10
(si modo investigari aliquid coniectura potest) hunc
mundum animal esse idque intellegens et divina provi-
dentia constitutum.

4 Hoc posito quod sequitur videndum est, cuiusnam ani-
11 mantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus 15
sit. nullius profecto id quidem, quae sunt nobis nota ani-
mantia: sunt enim omnia in quaedam genera partita aut
inchoata, nulla ex parte perfecta; inperfecto autem nec
absoluto simile pulchrum esse nihil potest. cuius ergo
omne animal quasi particula quaedam est, sive in singulis 20
sive in universo genere cernatur, eius similem mundum
esse dicamus. omnes igitur, qui animo cernuntur et ratione
intelleguntur, animantes complexu rationis et intelle-
gentiae, sicut homines hoc mundo et pecudes et omnia,
12 quae sub aspectum cadunt, comprehenduntur. quod enim 25
pulcherrimum in rerum natura intellegi potest et quod

2 fluctuans ideoque **D** | ex ordinato *corr. in* ex inord. **F** in (*del.*) ex inord. **V** in exord. **A** | adduxerit *corr. in* -xit **V** ‖ **4** ei (*ex* et) **AB** eum (*ex* et **V**) **SV** ‖ **6** intelligens *corr. in* inintell. **F** ‖ **7** intellegentiae **V** ‖ **9** gratus *corr. in* ra- **ABV** ‖ **11** simus *corr. in* si modo **M** | coniecta (*om.* aliquid) **S** ‖ **12** mundum creatum esse idque ordinatum et divina **R** ‖ **14** positum **S** | animantium *ex* -tibus **M** formantium **R** ‖ **15** fingendo *ex* fug- **F** ‖ **16** nullus (*corr. in* -ius **F**) **DF** | id (*exp.*) *supscr.* ex iis **F** ex his **RM** eorum **SD** | nota *ex* tota **V** ‖ **18** ne, c *supadd.* **A** | nec soluto **V** ‖ **19** simile *ex* -li **B** ‖ **20** quae si *corr. in* quasi **M** quasi *om.* **S** ‖ **21** universo *Stephanus* diverso *codd.* ‖ **22** ducamus **AFR S**: *sed cf. p. 186, 4* mundum diximus ‖ **23** intelliguntur *ex* colli- **M** | complexus *corr. in* -xu **V** ‖ **24** et[1] *om.* **V** ‖ **25** aspectu **E**

μενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δ' οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστιν τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενος οὖν ηὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν b *ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτε ἔργον, [νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ]. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι [συνιστὰς τὸ πᾶν] συνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη [κατὰ φύσιν ἄριστόν τε] ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε [τῇ ἀληθείᾳ διὰ] τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.* c

Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζῴων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ συνιστὰς συνέστησεν. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν — ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν —, οὗ δ' ἔστιν τἆλλα ζῷα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τιθῶμεν. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῷα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. d *τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ*

ex omni parte absolutissimum est, cum deus similem mundum efficere vellet, animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. rectene igitur unum mundum diximus, an fuit pluris aut innumerabiles dictu melius et verius? unus profecto, 5 siquidem factus est ad exemplum. quod enim omnis animantis eos, qui ratione intelleguntur, complectitur, id non potest esse cum altero: rursus enim alius animans, qui eum contineat, sit necesse est, cuius partes sint animantes superiores, caelumque hoc si- 10 mulacrum illius ultimi sit, non proximi. quorum ne quid accideret atque ut hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quod solus atque unus esset, idcirco singularem deus hunc mundum atque unigenam procreavit. 15

13 Corporeum autem et aspectabile idemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. nihil porro igni vacuum aspici ac videri potest, nec vero tangi, quod careat solido, solidum autem nihil, quod terrae sit expers. quam ob rem mundum efficere moliens deus terram pri- 20 mum ignemque iungebat. omnia autem duo ad cohaerendum tertium aliquid anquirunt et quasi nodum vinculumque desiderant. sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se atque de iis, quae stringit, quam maxime unum efficit. id optime ad- 25 sequitur, quae Graece ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) compa-

1 deus similem *codd., quod auctore Platone non respuendum videtur* ei cum deus similem *Stephanus* deus ⟨eius⟩ similem *Klotz; contra Vahlen*[5] (*p. 40*), *Ströbel* (*p. 19 sq.*), *Plasberg, Sjögren* (*p. 163*) || **3** effecit *ex* effi- **AB** || **4** aut] et **S** || **8** id] idem **S** || **9–15** cuius partes — procreavit *om.* **R** || **10** superiores *om.* **V** || **11** alius **V** || **11.12** nequit **B** || **12** atque *om.* **F** || **13** esset] est **S** || **14** atque *om.* **V** || **16** itemque *Orelli* || **17** necessarium **D** | igni *Ross.* gigni *codd.* || **18** aspici ac videri **S**, *Ross.* a specie (aspeci e **B**) ac videri (*ex* -re **ABV**) *cett. codd.* | potes *corr. in* -est **B** || **20** primum *om.* **E** || **22** anquirunt *corr. in* adqui- **V** inquirunt **B**, *ita ex* anqui- **M** requirunt **D** || **24** de iis *ex* de is **B** deis *corr. in* de his **A** de his **VFRS** || **25** astringit **D** || **26** analogia *codd.* | audendum *corr. in* audie- **A** audiendum (i *del.* **VM**) **BRVM**

κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστα αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς ζῷον ἓν ὁρατόν, πάνθ' ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν συγγενῆ ζῷα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, συνέστησε. πότερον οὖν 31 *ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα, ὁπόσα νοητὰ ζῷα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτ' εἴη· πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῷον, οὗ μέρος ἂν εἴτην ἐκείνω, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι τόδ' ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζῴῳ,* b *διὰ ταῦτα [οὔτε δύο οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ'] εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστιν [καὶ ἔτ' ἔσται].*

Σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι, χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. δύο δὲ μόνω καλῶς συνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸν c *γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν συναγωγὸν γίγνεσθαι. δεσμῶν δὲ κάλλιστος, ὃς ἂν αὐτὸν καὶ τὰ συνδούμενα ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ, τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία*

5 ratio proportiove dici potest. quando enim trium vel nume-
14 rorum vel figurarum vel quorumcumque generum contingit ut, quod medium sit, ut ei primum proportione, ita id postremo comparetur, vicissimque, ut extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur, id, quod medium est, tum primum fit tum postremum, postrema autem et prima media fiunt: ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quae diiuncta fuerint; eadem autem cum facta sint, efficitur ut omnia sint unum. quod si universi corpus planum et aequabile explicaretur, nihil in eo quicquam ⟨crassitudinis⟩ esset requisitum; unum enim interiectum medium et se ipsum et ea, qui-
15 bus esset interpositum, conligaret. sed cum soliditas mundo quaereretur, solida autem omnia uno medio numquam, duobus semper copulentur, ita contigit ut inter ignem atque terram aquam deus animamque poneret eaque inter se compararet et proportione coniungeret, ut, quem ad modum ignis animae, sic anima aquae, quodque anima

1 proportione (*corr. in* -ve **AB**) **VSAB**, *rec. Plasberg*[1] (*p. 74 sqq.*), *qui tamen* pro portione *semper scribendum put., ex Graeca forma* *ἀνὰ λόγον: sed cf. Cic. Tim. 24* (*etiam Att. VI 2, 3*)*; Quintil. I 6, 9; Gell. II 25 et Traglia*[4]*, p. 327* | quando *mg.* mõ (*?*) *scr.* **V** | trium **RS** primum (-mo **V**) *cett. codd.* || **3** ut ei primum *Gesner* uti primum (ad id ipsum **S**) *codd.* || **4** comparetur *Valla* comprobetur *codd.* || **3.4** primum postremo proportione ita id postremum primo comprobetur *scr.* **D**, *ita Valla* (*praeter* comparetur) || **5** sic medio (*corr. in* -ium) **AV** | id] et id **VS** || **6** et *om.* **V** || **7** fiunt *supadd. m. alt.* **A**, *om.* **D** | sint *ex* sunt **A** | diiuncta *ex* de- **V** disiuncta, s *exp.* **E** devincta *ex* deiun- (*an* deiuncta *ex* devin- *?*) **B** devincta **AFMR** de his **S** || **8** fuerant **V**, *ita coni. Lambinus* fuerunt **FMR** || **9** universitatis *Valla* | et] atque **S** || **10** neque in eo quicquam esset requisitum *codd., quae vitiosa et imperfecta apparent, coll. Plat. Tim. 32 a; quocirca* neque *in* nihil *corrigendum censemus,* ⟨crassitudinis⟩ *vel* ⟨altitudinis⟩ *post* quicquam *addito* (*cf. Cic. Lucull. 116*). *de hoc cf. Giomini*[6], *p. 116 sqq.* neque in eo quicquam ⟨profunditatis (*vel* altitudinis)⟩ esset requisitum *Stephanus* neque in eo quicquam ⟨esset altitudinis (*vel* crassitudinis), nihil amplius⟩ esset requisitum *Plasberg*[1], *p. 73 sq.* (*coll. Cic. Lucull. 116*) neque in eo quicquam esset †requisitum (*om.* enim *post* unum) *Müller* neque in eo quicquam esset ⟨altitudinis, nil esset⟩ requisitum *Philippson* || **11** se ipsum (*ex* ipse **M**) **SDM** se ipse *cett. codd.* sepse *Plasberg* || **14** contingit **S** || **15** aquam *ex* qua **B** | aëremque *mg.* animamque *Asc. 1521, Crat.* (*ita in sqq. linn. Crat.*) | eamque (m *del.* **AV**) **BAV** || **17** quodque anima aquae *om.* **SE**

κάλλιστα ἀποτελεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὡντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅτι περ 32 *τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις, ὅτι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ᾽ ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ᾽ οὕτως ἐξ ἀνάγκης τὰ αὐτὰ εἶναι συμβήσεται, τὰ αὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται. εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μέν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ᾽ αὑτῆς συνδεῖν καὶ ἑαυτήν.* b *νῦν δὲ στερεοειδῆ γὰρ αὐτὸν προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες συναρμόττουσιν· οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείς, καὶ πρὸς ἄλληλα [καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν] ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅτι περ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο*

aquae, id aqua terrae proportione redderet; qua ex coniunctione caelum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat. itaque et ob eam causam et ex iis rebus numero quattuor mundi est corpus effectum, ea constrictum comparatione, qua dixi; ex quo ipse se con- 5 cordi quadam amicitia et caritate complectitur atque ita apte cohaeret, ut dissolvi nullo modo queat nisi ab eodem,
16 a quo est conligatus. earum autem quattuor rerum, quas supra dixi, sic in omni mundo partes omnes conlocatae sunt, ut nulla pars huiusce generis excederet extra atque 10 ut in hoc universo inessent genera illa universa: id ob eas causas, primum ut mundus animans posset ex perfectis partibus esse perfectus, deinde ut unus esset, nulla parte, unde alter gigneretur, relicta, postremo ne qui
17 morbus eum posset aut senectus attingere. omnis enim 15 coagmentatio corporis vel caloris vel frigoris ⟨vi⟩ vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur et ad morbos senectutemque compellitur. hanc igitur habuit rationem effector mundi et molitor deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque 20 perfectis absolveret, quod omni morbo et senio vacaret.

6 Formam autem ei maxime cognatam et decoram dedit. a quo enim animanti omnis reliquas contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes formae reliquae concluduntur, et globosum est fabricatus, quod 25

1 Serv. auct. ad Aen. IV 482: ergo bene aptum colligatum. Cicero in Timaeo: 'qua ex coniunctione caelum ita aptum est', id est constrictum et complexum.

25 Cic. Nat. deor. II 116: quocirca si mundus globosus est ob eamque causam omnes eius partes undique aequabiles ipsae per se atque inter se continentur, contingere idem terrae necesse est, ut omnibus eius partibus in medium vergentibus (id autem medium infimum in sphaera est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum.

1 id aqua] et aqua id **S** ‖ **3** ex his **AVFSR** ‖ **4** ea] et ea **V** ‖ **6** et caritate *om.* **S** ‖ **9** collatae **R** ‖ **10** excideret (*corr. in* exce- **AB**) **SAB** ‖ **11** in *supadd.* **M** | *de pronominis* id *usu cf. Sjögren, ad Cic. Att. II 9, 1; Reid, p. 377* (*coll. Cic. Fam. VII 32, 3*) ‖

ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅτι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, ὕδωρ πρὸς γῆν, συνέδησεν καὶ συνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀνα- c *λογίας ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστε εἰς ταὐτὸν αὑτῷ συνελθὸν ἄλυτον ὑπό του ἄλλου πλὴν ὑπὸ τοῦ συνδήσαντος γενέσθαι.*

Τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις. ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς συνέστησεν αὐτὸν ὁ συνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολιπών, τάδε διανοηθείς, d *πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῷον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη, πρὸς δὲ τούτοις ἕν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων* 33 *ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτον γένοιτ' ἄν, ἔτι δὲ ἵν' ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν ὡς συστάτῳ σώματι θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει περιιστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως λύει καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖ. διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε ἕνα ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτήνατο. σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ* b *τὸ συγγενές. τῷ δὲ τὰ πάντα ἐν αὑτῷ ζῷα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα· διὸ καὶ σφαιροειδές, ἐκ μέσου*

12 animans *om.* **R** animatus *Valla* | posset *Lambinus* (*ita in l. 15*) possit *codd.* (*ita in l. 15*) ‖ **14** alter **S** altera *cett. codd.* ‖ **15** attingere] affligere *Valla* ‖ **16** frigoris vi vel *Müller* frigoris vel *codd.* (*scribae* vi *iterationem illius* vel *put.: cf. Cic. Tim. 22, ubi* vel cum eadem *trad. codd. pro* vi cum eadem) | vi caloris vel frigoris *Baiter, Halmii iussu* caloris vi vel frigoris *Klotz* ‖ **18** moribus, i *eras.* **B** ‖ **21** careret *Valla* | *post* vacaret *continuant verba* motum enim (*p. 192, 22*) — perfectis (*p. 194, 10*) *in* **R**, *mg. scr.* '*multa desunt*' ‖ **22** ei *Plasberg*[1] (*p. 91 sq.*) et *codd.* | ei maxime] maxime sibi **SD** | *post* cognatam *mg. add.* et maxime **V** | et maxime decoram **E** decorem **M** ‖ **23** reliquas (*corr. in* -quos **FM**) **AB VFM** reliquos *cett. codd.* ‖ **24** omnes **SDE** omnis *cett. codd.* ‖ **24.25** forma reliqua concluditur **ABFM** ‖ **25** globosum *Orelli* globosus ***codd.***

σφαιροειδές Graeci vocant, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur, idque ita tornavit, ut nihil efficere posset rotundius, nihil asperitatis ut haberet, nihil offensionis, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, omnesque partes ⟨essent⟩ 5 simillimae omnium, quod eius iudicio praestabat dissi-
18 militudini similitudo. omni autem totam figuram mundi levitate circumdedit. nec enim oculis egebat, quia nihil extra, quod cerni posset, relictum erat, nec auribus, quia ne quod audiretur quidem, neque erant anima cir- 10 cumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret. nec vero desiderabat aut alimenta corporis aut detractionem confecti et consumpti cibi: neque enim ulla decessio fieri poterat neque accessio, nec vero erat unde; itaque se ipse consumptione et senio alebat 15 sui, cum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia. sic enim ratus est ille, qui ista iunxit et condidit, ipsum se contentum esse mundum neque egere
19 altero. itaque ei nec manus adfixit, quoniam nec capiendum quicquam erat nec repellendum, nec pedes 20 aut aliqua membra, quibus ingressum corporis sustineret. motum enim dedit caelo eum, qui figurae eius esset

1 Cic. Nat. deor. II 47: quid enim pulchrius ea figura quae sola omnis alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? cumque duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus ..., ex planis autem circulus aut orbis ..., his duabus formis contingit solis ut omnes earum partes sint inter se simillumae a medioque tantum absit extremum, quo nihil fieri potest aptius.

1 spero id̄ e **A** speroides (s *alt. supadd.*), *mg. alia m.* σφαιροδεις *scr.* **V** speroides *corr. in* -dem **B** speroidem **F** speroyden **SM** ‖ 2 attingatur **D** ‖ 3 effici **S** | posset *Klotz* possit *codd.* | effici possit *Engelbrecht, p. 225 sq.* ‖ 4 inclusum (*mg.* incisum *alia m.* **V**) *codd.; sed cf. Cic. Nat. deor. II 47* (nihil incisum angulis) ‖ 5.6 ⟨essent⟩ simillimae *Philippson* simillimae *codd., quae vix defendi potest, eo magis quod Platonis verba πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων (Tim. 33b) ex ἐτορνεύσατο pendent* simillimas *Perionius* ⟨sint⟩ simillimae *Engelbrecht. de huius § 17 vi atque*

πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν c *ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ᾽ ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν· πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον ἀναπνοῆς, οὐδ᾽ αὖ τινος ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν. ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προσῄειν αὐτῷ ποθεν — οὐδὲ γὰρ ἦν —· αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ καὶ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ πάσχον καὶ δρῶν ἐκ τέχνης γέγο-* d *νεν· ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ συνθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων. χειρῶν δέ, αἷς οὔτε λαβεῖν οὔτε αὖ τινα ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν, οὐδὲ ποδῶν οὐδὲ ὅλως τῆς* **34** *περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ*

pondere cf. Giomini[2]*, p. 59 sqq.* ‖ **6** dissimilitudinis (s *extr. del.* **V**) **ABV** dissimilitudines (*ex* -is **F**) **MF** ‖ **7** omnia (a *del.* **VF**) **AB SVF** ‖ **9** quod] quo **V** | possit **M** ‖ **10** ne] nec (*ex* ne **AB**) **FM SAB** ‖ **11** extrema *Bonon. 1499* externa *codd.* ‖ **13** consumptio (*corr. in* -ti) ibi (*corr. in* cibi) **V** consumptione (*alt.* o *exp., supadd.* cibi) que **B** | cibi, c *in ras.* **A** ‖ **14** discessio **M** ‖ **15** *post* ipse *extra lin.* sine *add.* **V** ‖ **20** quicquam *ex* quipqu- **B** ‖ **21** alia *Vatic.* | corporis **S** corpore *cett. codd.* ‖ **22** eum *om.* **S** | figurae eius **SE** figuratus **BFMR** figurantus, n *del.* **A** figurant (n *del., sup.* t *scr.* us *per compend., ut videtur*) **V** | esset *Orelli* sit *codd.*

aptissumus, qui unus ex septem motibus mentem atque intellegentiam cieret maxime; itaque una conversione atque eadem ipse circum se torquetur et vertitur. sex autem reliquos motus ab eo separavit atque ab omni erratione eum liberavit. ad hanc igitur conversionem, quae 5 pedibus et gradu non egeret, ingrediendi membra non 20 dedit. haec deus is, qui erat, de aliquando futuro deo cogitans, levem illum effecit et undique aequabilem et a medio ad summum parem et perfectum atque absolutum ex absolutis atque perfectis. animum autem ut in eo medio con- 10 locavit, ita per totum tetendit; deinde eum circumdedit corpore et vestivit extrinsecus caeloque solivago et volubili et in orbem incitato complexus est, quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset nec desideraret 21 alterum, satis sibi ipsum notum et familiare. sic deus ille 15 aeternus hunc perfecte beatum deum procreavit.

Sed animum haud ita, ut modo locuti sumus, tum denique, cum corpus ei effecisset, inchoavit: neque enim esset rectum minori parere maiorem; sed nos multa in- 7 considerate ac temere dicimus. deus autem et ortu et 20 virtute antiquiorem genuit animum eumque ut dominum atque imperantem oboedienti praefecit corpori; idque molitus tali quodam est modo. ex ea materia, quae individua est et quae semper unius modi suique

1 aptissimusque *corr. in* -mus qui **B** | qui] quibus (bus *exp.* **M**) **FRM** | montibus, n *del.* **AV** || **2** cieret *ex* -rat **B** cogeret (*ex* coieret **V**) **SV** | itautique, uti *exp.* **V** || **4** atque *Castiglioni* (*p. 89*), *coll. Plat. Tim. 34a* (*ἀφεῖλεν καὶ*); *cf. Giomini*[4], *p. 251 sqq.* itaque *codd.* | omni (*ex* -ne **AF**) ratione (*corr. in* errati- **F**) **BMRAF** || **7** semper *post* qui *add. Manutius* | deo] mundo **R** || **8** efficit (*corr. in* effe- **F**) **BF** efficit *ex* -git **A** effigit **VS** affigit **D** || **9** par. et (*ex* atque) **M** || **9.10** absolutum (*ex* obso-), *inde* atque perfectis (*corr. in* -tum) *scr.*, *deinde exp.* (*sed* ex absolutis *om.*) **V** || **12** corpori **S** | *post* solivago *add.* et (*supadd. m. alt.* **A**) **MDA**, *quod defendi potest*; solivago volubili (*ita* **BVS**) *contra tuetur Madvig* (*Opusc. I, p. 338*) || **14** possit (*corr. in* -set **V**) **ABFMV** || **15** familiarem **M** || **16** beatum *supadd.* **M** || **19** parare *corr. in* -rere **V** | sed nos — audeamus (*p. 212, 12*) *habet* **R** || **19.20** multa quasi incons. et **S** || **12** antiquiorem *om.* **R**, *qui* creavit *pro* genuit *scr.* || **22** praefecit *ex* praefi- **ABV** | corpori *om.* **V** || **23** quoddam, *pr.* d *del.* **V**

τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν· διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον, τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλεν καὶ ἀπλανὲς ἀπηργάσατο ἐκείνων. ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην ἅτ' οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν.

Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ b *μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησεν· ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς διὰ παντός τε ἔτεινεν καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψεν, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησεν, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον συγγίγνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὑτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.*

Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, c *οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν — οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου [συνέρξας] εἴασεν —, ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν, ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῷδε τρόπῳ. τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας* 35

similis, et ex ea, quae in corporibus dividua gignitur,
tertium materiae genus ex duobus in medium admis-
cuit, quod esset eiusdem naturae et quod alterius,
idque interiecit inter individuum atque id quod divi-
22 duum esset in corpore. ea cum tria sumpsisset, in unam 5
speciem temperavit, naturamque illam, quam alterius
diximus, vi cum eadem coniunxit fugientem et eius
copulationis alienam; quae permiscens cum materia
cum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ea, quae de-
cuit, membra partitus est. iam partis singulas ex eodem et 10
ex altero et ex materia temperavit. fuit autem talis illa
partitio. unam principio partem detraxit ex toto, secun-
dam autem primae partis duplam, deinde tertiam, quae
esset secundae sesquialtera, primae tripla, deinde quartam,
quae secundae dupla esset, quintam inde, quae tertiae 15
tripla, tum sextam octuplam primae, postremo septimam,
23 quae septem et viginti partibus antecederet primae. deinde
instituit dupla et tripla intervalla explere, partis
rursus ex toto desecans; quas ⟨in⟩ intervallis ita loca-
bat, ut in singulis essent bina media (vix enim audeo 20
dicere medietates, quas Graeci *μεσότητας* appellant, sed
quasi ita dixerim intellegatur, erit enim planius), earum

1 et] sed (*corr. in* et **VF**) **ABSVF** | in corporibus *solus* **E**; *recte, si cf. Plat. Tim. 35 a περὶ τὰ σώματα et infra κατὰ τὰ σώματα, ubi περί et κατά idem valent* (*hoc confirmat Cicero ipse, Latine interpretans* quod dividuum esset in corpore *Platonis illa τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ*), *numquam vero ἐκ*: ex (*mg.* in *m. alt.* **V**) *cett. codd.* ‖ **4** interiecit *ex* intergicit **B** | id] in **V** ‖ **7** vi *Perionius* vel (*om.* **S**) *codd.*; *cf. p. 190, 16* (*app.*) ‖ **8** copulationis, is *in* em *corr.* **V** | alienam quae **S** alienamque (-naque **V**) **AFRV** alienam **BM** | cum *corr. in* tum *m. alt.* **V** ‖ **12** toto *ex* -ta **B** | secunda **V** ‖ **14** secunda (*corr. in* -dae **AB**) **VAB** *rec. Plasberg; perperam, si cf. Plat. Tim. 35b. cf. Giomini*[6], *p. 120 sq.* | sesquialtera **F** sesquealtera **S**, *ita Plasberg* sesqualtera (*ex* sesquealt- **B**) **MRB** sequealtera *corr. in* sesque- **A** siquealtera *corr. in* sicque- **V** | prima (*corr. in* -mae **A**) **VA**, *ita Plasberg; perperam, si cf. Plat. Tim. 35b* | tetropla *corr. in* tripla **A** tetrepla *corr. in* tripla **V** do (*eras.*) tropla *corr. in* tripla **B** ‖ **16** octoplam (*corr. in* octu- **A**) **VA** ‖ **18** et *supadd.* **B** ‖ **19** desicans *corr. in* dese- **ABVF**; *sed cf. Frontin. De controv. agror. 38, 24 et 40, 22* | in *add. Baiter, suadente Müllero* ‖ **20** in *om.* **V** ‖ **21** mesotetas (-tates **S**) *codd.*

καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταὐτὰ συνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ· καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμεικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν συναρμόττων βίᾳ. μειγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας b *προσῆκεν διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμειγμένην. ἤρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε. μίαν ἀφεῖλεν τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ᾽ αὖ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ᾽ ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν,* c *ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσιπλασίαν τῆς πρώτης· μετὰ δὲ ταῦτα συνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ* 36 *τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν*

alteram eadem parte praestantem extremis eademque superatam [eadem partem praestant in extremis eademque superatam], alteram pari numero praestantem extremis parique superatam. sesquialteris autem intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumptis ex his conligationi- 5 bus in primis intervallis sesquioctavi intervallo sesquitertia omnia explebat, cum particulam singulorum re- 24 linqueret. eius autem particulae intervallo relicto habebat ⟨numerus ad⟩ numerum eandem proportionem comparatione in extremis, quam habent ducenta quinqua- 10 ginta sex cum ducentis quadraginta tribus. atque ita permixtum illud, ex quo haec secuit, iam omne consumpserat. hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit mediamque accommodans mediae quasi decusavit, deinde in orbem intorsit, ut et ipsae secum 15

1 alterum (*exp.*) alteram **V** | partem (*corr. in* -te **V**) **SV** || 1. 2 edemque (*corr. in* ead-) superatam (*inde iterantur verba* eadem parte praest. extr. ead. superatam, *quae tamen exp.*) **V** | *post* superatam *scr.* eadem partem praestant in extr. ead. superatam (*quae lin. del.*) **B** | eademque super. — extremis *in calce add.* **R** || 4 sesque alteris *corr. in* sesqualt- **AB** sesqualteris (*ex* sesq;) *corr. in* sesquialteris **V** sesqualteris **MSR** || 5 sesquetertis *corr. in* sesquitertiis **AB** | sesquioctavis **MR** sesqueoctavis *corr. in* sesqui- **AB** sesq (*alt.* s *p. corr.*) octavis *corr. in* sesquioct- **V** | sumptis] ortis *vel* natis *Hermann; 'fere* consumptis' *Plasberg* || 5. 6 collig. et prima (*ex* -mis) intervalla (*ex* -as) **S** || 6 sesqueoctavi *corr. in* sesqui- **AB** sesquioctavo *Asc.* | sesquetertia *corr. in* sesqui- **AB** || 8 intervallum **S** | adrelicto *corr. in* relicto **A** adrelicto *corr. in* ad reliquum **V** quod relinquum **E** ad reliquum **S** || 9 numerus ad *add. Valla, ex Plat. Tim. 36 b* (ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμόν) | numerum *om.* **S** | eandem (*corr. in* ead-) proportionem (*corr. in* -ne) comparatione (*corr. in* -tum) **A** eandem proportione comparationem (*corr. in* eadem prop. comparatum) **B** eadem proportione comparatum **FMR** eandem proportionum (*ex* -nem **V**) comparationem **EV** eandem proportionem comparationem (*om.* **S**) **DS** eandem proportionem comparationemque *Asc.; sed cf. Tim. 15* || 11 sex (*supadd. m. alt.* **FM**) **SDFM**, *om. cett. codd.* (tribus, *inde eras.* **B**) | ducentis (CC) *supadd.* **M** | tribus *supadd.* **B** || 12 secuit iam *Asc.* sequi (se *m. alt. extra lin. add.* **B**) etiam (seq iam **S**) *codd.* secuerat iam *vel* secabat iam *coni. Perionius* | omne *Valla* omnem *codd.* || 14 med. accomm. mediae **S** med. accomm. mediam *cett. codd.* mediaeque accomm. mediam *Valla* (*cf. p. 200, 18*) med. accomm. ad mediam *Plasberg* || 15 et *om.* **M**

ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δὲ
ἴσῳ μὲν κατ᾽ ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομέ-
νην. ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογ-
δόων γενομένων ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν
διαστάσεσιν, τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάν- b
τα συνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ
μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθ-
μὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων
πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια. καὶ δὴ καὶ τὸ μει-
χθέν, ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν κατανηλώκει.
ταύτην οὖν τὴν σύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος
σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χεῖ προσ-
βαλὼν κατέκαμψεν εἰς ἓν κύκλῳ, συνάψας αὐταῖς τε καὶ c

et inter se ex commissura, qua e regione essent, iungerentur, eoque motu, cuius orbis semper in eodem erat eodem-
25 que modo ciebatur, undique est eas circumplexus. atque ita cum alterum esset exteriorem, ⟨alterum interiorem⟩ amplexus orbem, illum eiusdem naturae, hunc alterius no- 5
tavit, eamque, quae erat eiusdem, detorsit a latere in dexteram partem, hanc autem citimam a mediana linea direxit ad laevam; sed principatum dedit superiori, quam solam individuam reliquit. interiorem autem cum in sex partis caeli divisisset, septem orbis 10
disparis duplo et triplo intervallo moveri iussit contrariis inter se cursibus. eorum autem trium fecit pares celeritates, sed quattuor et inter se dispares
8 et dissimilis trium reliquorum. animum igitur cum
26 ille procreator mundi deus ex sua mente et volun- 15
tate genuisset, tum denique omne, quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo interiusque faciebat atque ita medio medium accommodans copulabat. sic animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo ambitu circumiecit seseque ipse 20
versans divinum sempiternae sapientisque vitae induxit
27 exordium. et corpus quidem caeli spectabile effectum est;

1 qua e reg. **B** (*qui trad.* q̄, *certe* qua; *nam* quae *integrum semper scr.*) *et* **V** quae (*corr. in* quae e **A**) reg. **SA** quae e reg. *cett. codd.* ‖ **2** edem *corr. in* eadem **V** ‖ **3** complexus **S** ‖ **4** alterum interiorem *add. Manutius, ex Plat. Tim. 36c* (*τὸν δ' ἐντός*) ‖ **6** eumque qui *Manutius, ad* orbem *referens; unde* hunc citimum (*lin. 7*) *et* quem solum individuum (*lin. 9*) *scr.* ‖ **7** citiem (*corr. in* -timam) ammediana **B** item (*corr. in* citimam) a mediana **A** citemam (*corr. in* citi-) mediana **V** contra item a mediana **S** | a media **R** ‖ **8** dixerit *corr. in* dux- **V** ‖ **10** partes caeli (*om.* **D**) *codd.;* caeli *secl. Manutius, fortasse recte, Platonis* (*36d*) *iussu. de hac quaestione cf. Giomini*[6]*, p. 122* ‖ **13** partes *corr. in* -res **V** | celeritates — dispares *om.* **S** | sed] et **ABFMR** ‖ **14** quam (*exp.*) *supscr.* cum **V** quam *corr. in* quem **B** quem (*ex* quom **A**) **FMSRA** ‖ **16** omne *ex* -nem **V** ‖ **20** suprema] summa **B** ‖ **21** divinum *Orelli* divinus (*ex* -is **M**) *codd.* (*etiam* **R**) divinitus *Rom.* divinius *Ven. 1474* divinae (-ne *Ambros.*) *Ven. 1494* ‖ **22** spectabile *codd.: causa non est cur* aspectabile *ex Stephani coniectura hic recipiatur, quamvis Ciceronis verba* animal unum aspectabile (*p. 186, 2*) *Platonis illa ζῷον ἓν ὁρατόν* (*Tim. 30d*) *vertant* | est *om.* **B**

ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβεν, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγεν, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. κράτος δ' ἔδωκεν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν d *γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασεν, τὴν δ' ἐντὸς σχίσας ἑξαχῇ ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην, [οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν,] κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως [ἐν λόγῳ δὲ φερομένους].*

Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ συνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς σύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο καὶ μέσον μέσῃ συναγαγὼν προσήρμοττεν· ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν e *πάντῃ διαπλακεῖσα κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτὴ ἐν αὑτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου [πρὸς τὸν σύμπαντα χρόνον]. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἀόρατος μέν,*

animus autem oculorum effugit optutum. est autem unus ex omnibus rationis concentionisque, quae *ἁρμονία* Graece, sempiternarum rerum et sub intellegentiam cadentium compos et particeps; quo nihil est ab optimo et praestantissimo genitore melius procreatum: quippe qui ex 5 eadem iunctus alteraque natura, adiuncta materia, temperatione trium partium proportione compacta, se ipsa conversans, cum materiam mutabilem arripuit et cum rursus individuam atque simplicem, per se omnis movetur discernitque, quid sit eiusdem generis, quid alterius, et 10 cetera diiudicat, quid quoique rei sit maxime aptum, quid quoque loco aut modo aut tempore contingat, quaeque distinctio sit inter ea quae gignantur et ea quae sint 28 semper eadem. ratio autem vera, quae versatur in iis quae sunt semper eadem et in iis quae mutantur, cum ⟨in⟩ 15 eodem et in altero movetur ipsa per sese sine voce et sine ullo sono, cum eandem partem attingit, qua sensus cieri potest, ⟨et⟩ orbis illius generis alterius inmutatus et rectus omnia animo mentique denuntiat, tum opiniones adsensionesque firmae veraeque gignuntur; cum autem in illis 20 rebus vertitur, quae, manentes semper eadem, non sensu, sed intellegentia continentur . . .

2 concentionisque *Manutius* contentionisque (*corr. in* consensio- **V**) *codd.* | armonia *codd.* ‖ **3** intelligentia **S** ‖ **6** natura *om.* **V** ‖ **7** compactus *Manutius* | ipso **V** ipsa *corr. in* ipse **ABD** ‖ **8** arripuit *Manutius* arripuisset *codd.* ‖ **9** individuum (*corr. in* -duam **AB**) **VAB** | per se *Orelli* per quam *codd.* in se *Manutius* ‖ **11** quoique *corr. in* cuique **ABV** ‖ **13** gignuntur **BD** | sunt **D** ‖ **14** vetera (te *exp.* **V**) quae **SV** vetera (*corr. in* utra) quae (a *exp.*) **A** uteraque *corr. in* utraque **B** utraque **F** ‖ **14. 15** his . . . his *codd., praeter* iis . . . iis **E** ‖ **15** in^2 *add. Asc. 1521* (et in *Ross.*) ‖ **17** eam partem *Manutius* | ciere (*ex* scire **B**) **FMRB** ‖ **18** et^1 *add. Perionius* ‖ **19** omni *Stephanus* ‖ **20** firmae veraeque *in comm.* (firmas quae vere *in textu*) *Valla; ita Crat., sed* firmat quae verae *mg.* firmat (*ex* -ma **B**) veraeque (*ex* veraequae **B** verequae **AFMR**) **ABFMR** firmat veraque (*ex* veraquae **V** vereque **S**) **VS** firmat quae vere **D**, *ita Ven. 1474* ‖ **21** eaedem (*ex* ead- **AB**, *et* **V**, *ut videtur*) **FMRABV** ‖ **21. 22** sensus et (*corr. in* sensu sed **B**) **VSB** ‖ **22** continentur *ex* -etur **A** | *post* continentur *signum* (⌒) *add., mg. scr.* '*desunt*' **V**; *lacuna facile adgnosci potest* (*ita iam Ambros. et Asc.*) *ex Plat. Tim. 37 c—38 c, cuius verba* (*νοῦς — ἐσό-*

λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ τῶν νοητῶν 37
*ἀεί τε ὄντων, ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννη-
θέντων. ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἔκ
τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνὰ
λόγον μερισθεῖσα καὶ συνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη
πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτη-
ται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης
ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον,
πρὸς ὅτι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε* b
*συμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα
εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί.
λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος περί τε
θάτερον ὂν καὶ περὶ τὸ ταὐτόν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ'
αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ
τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος
ὀρθὸς ὢν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ
πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς, ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ* c
*λογιστικὸν ᾖ [καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ
μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται . . .*

μενος) in Tullianis codd. desunt; in Asc. et Crat. ita vim suam natura convertit *post* continentur *leg.* | *post* continentur *frg. 1* gaudio elatus *colloc. Plasberg ex Aug. Civ. Dei XI 21* (= *Plat. Tim. 37c ἠγάσθη — ἀπεργάσασθαι*)

9 ... ratione igitur et mente divina ad originem temporis
29 [curris] curriculum inventum est solis et lunae ...
... ius natura converteret, ut terram lunae cursus proxime ambiret, eique supra terram proxima solis circumvectio esset. Lucifer deinde et sancta Mercuri stella cursum habent solis celeritati parem, sed vim quandam contrariam, eaque inter se concursationes habent Lucifer Mercurius sol, aliique alios vincunt vicissimque vincun-
30 tur. reliquorum siderum quae causa conlocandi fuerit quaeque eorum sit conlocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo, quod attingendum fuit, quam in eo, cuius causa id attingimus, longior ponatur oratio.

Quando igitur sibi quidque eorum siderum cursum decorum est adeptum, ex quibus erat motus temporis consignandus, conligatisque corporibus vinculis animalibus cum animantia orta sunt eaque imperio parere didicerunt, tunc ex alterius naturae motione transversa in

1 Non. 198, 30: Curriculum neutro genere Cicero Timaeo: ratione igitur et mente divina ad originem temporis curris curriculum inventum est solis et lunae; Charis. Ars gramm. I 15 (p. 97, 22 B.): Curriculus masculine deminutio est currus, neutraliter autem curriculum spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium, ut Cicero et Varro locuntur; Dub. nom., G. L. K. V 576, 3: Cicero curriculos et curricula dixit; Caper, De verbis dubiis, G. L. K. VII 109, 4: curriculum hoc, ut Varro, alii hunc.

1.2 *habet Non. 198, 30* | temporis curris *Nonius*, curris *del. Victorius* (*Var. lect. XIX*) *et Sigonius* temp. currentis *Junius* || **2** curriculum *neutraliter Ciceronem usum esse adfirm. Charisius* | *post* lunae *lacunam coni. et ita supplendam* ⟨corpora autem eorum septem eos circuitus sequi voluit, quibus se alter⟩ius *put. Fries*[2] (*p. 54*), *ita contra Plasberg* ⟨corpora autem eorum cum fecisset deus, collocavit in illis septem conversionibus quibus se alter⟩-ius, *coll. Plat. Tim. 38c* σώματα — περίοδος ᾔειν || **3** lunae *ex* -na **B** || **4** proximus **B** | circumiectio **ED** || **5** sanctam (m *exp.*) **M** sancta *om.* **R** | sanctam ... stellam **AF** || **6** celeritatis **V** || **7** eaque (*corr. in* easque **V** ea quae **FS**) inter se concursationes (conversa- **M**) *codd., praeter* eaq; **B** eaque concursatione quam inter se *Müller, qui in app.* quasque inter se concursationes *coni.* || **8** aliique *ex* alli- **V** alii *Müller* | vincant ... vincantur (*ex* -unt ... -untur) *corr. m. alt.* **V**, ut *post* sol *add.* || **9—12** reliquorum — oratio *om.* **R** || **9** siderum *om.* **V** || **10** sit *supadd.* **A** || **11** quam] quod **V** ||

Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν [ἵνα γεννηθῇ χρόνος] ἥλιος καὶ σελήνη [καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανητά, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονεν· σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς ἃς] ἡ θατέρου περίοδος ᾔειν, ἑπτὰ οὔσας ὄντα ἑπτά, σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς, ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τὸν τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἰόντας, τὴν δὲ ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν· ὅθεν καταλαμβάνουσίν τε καὶ καταλαμβάνονται κατὰ ταὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ἑωσφόρος. τὰ δ' ἄλλα οἷ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἱδρύσατο, εἴ τις ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος πάρεργος ὢν πλέον ἂν ἔργον ὧν ἕνεκα λέγεται παράσχοι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως· ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν τῶν ὅσα ἔδει συναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῷα ἐγεννήθη τό τε προσταχθὲν ἔμαθεν, κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν, 38 c d e 39

12 quoius *corr. in* cius **B** cuius *pler. codd., praeter* qđ (*corr. in* quoius, *inde del.*) cuius **V** || **13** sibi *Ross.* ibi *codd.* || **14** de quorum *corr. in* decorum **V** de eorum *corr. in* decorum **F** || **15** consignandus *mg.* configurandus *Crat.* | corporeis *ex* -ribus **V** || **16** cum] tum *codd., del. Manutius* || **17** tunc *corr. in* tum **V** tum **ME**

eiusdem naturae motum incurrentia in eaque haerentia atque impedita, cum alia maiorem lustrarent orbem, alia minorem, tardius quae maiorem, celerius quae minorem, motu unius eiusdemque naturae quae velocissime movebantur, ea celeritate vinci a tardioribus et cum superabant 5
31 superari videbantur; omnis enim orbis eorum quasi helicae inflexione vertebat, qua bifariam contrarie simul procedentia efficiebant, ut, quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo. atque ut esset mensura quaedam evidens, quae in octo cursibus celeritates tardita- 10 tesque declararet, deus ipse solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum, ut quam maxime caelum omnibus conluceret animantesque, quibus ius esset doceri, ab eiusdem motu et ab eius, quod simile esset,
32 numerorum naturam vimque cognoscerent. nox igitur et 15 dies ad hunc modum et ob has generata causas unum circumitum orbis efficit sapientissimum atque optimum, mensis autem, quando luna lustrato suo cursu solem consecuta est, annus, ubi sol suum totum confecit et per-
33 agravit orbem. ceterorum autem siderum ambitus igno- 20 rantes homines praeter admodum paucos neque nomen appellant neque inter se numero commetiuntur; itaque nesciunt hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili

2 adque (*corr. in* at-) incedit (*corr. in* impedit, a *post* t *add.*) **B** ‖ **3** tardius quae . . . celerius quae *Orelli* tardiusque . . . celeriusque *codd.* | tardiusque — minorem *mg. add. m. alt.* **A** ‖ **5** et a cel. vinti (*corr. in* -ci) **V** ‖ **6** omnes *ex* -is **V** | orbes **VS** | helicae *Victorius, teste Plat. Tim. 39a* helicis *mg. Paris.* felicitate *codd.* ‖ **7** quia (*ex* qua **F**) **BVRF** quam **SD** | bifaria (*ita* **A**, *ut videtur*) **MRA** bifarie *corr. in* -ria **F** | contrarie *ex* -riae **ABF** contrariae *corr. in* -ria **V** ‖ **8** procredentia (*corr. in* proce- **AFM**) **BAFM** procedentiae, *extr.* e *del.* **V** ‖ **9** fieret **VE** fieri *cett. codd.*, *unde* fieri videretur *coni. Plasberg, coll. Plat. Tim. 39b* (ἀπέφαινεν) ‖ **11** solum **B** ‖ **14** noceri **V** | eius *mg. ed. Lambin. 1584* eo *codd.* ‖ **15** numerum *corr. in* -rorum **B** ‖ **16** generatas (s *eras.* **A**) **SA** ‖ **17** circuitum **VMR** ‖ **18** lunam, m *exp.* **B** | lustro *corr. in* -trato **ABV** ‖ **21.22** nomen (modum **D**) app. *codd.*, *quasi sit 'nomen adhibere, efferre'; cf. Cic. Acad. I 25, Inv. II 78, Brut. 133, Nat. deor. I 44* nomine *Orelli* ‖ **22—23** se numero — errores *om.* **S**

διὰ τῆς ταὐτοῦ φορᾶς ἰούσης τε καὶ κρατουμένης, τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν, τὸ δ' ἐλάττω κύκλον ἰόν, θᾶττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν μείζω βραδύτερον περιῄειν. τῇ δὴ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιιόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα καταλαμβάνεσθαι· πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα διὰ τὸ διχῇ κατὰ τὰ ἐναντία ἅμα προϊέναι τὸ βραδύτατα b *ἀπιὸν ἀφ' αὑτῆς οὔσης ταχίστης ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. ἵνα δ' εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ τάχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον, ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῷα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν* c *οὕτως καὶ διὰ ταῦτα, ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος· μεὶς δὲ ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβῃ, ἐνιαυτὸς δὲ ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθῃ κύκλον. τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, οὔτε ὀνομάζουσιν οὔτε πρὸς ἄλληλα συμμετροῦνται σκοποῦντες ἀριθμοῖς, ὥστε [ὡς ἔπος εἰπεῖν] οὐκ ἴσασιν χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, πλήθει μὲν* d *ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δὲ θαυμαστῶς· ἔστιν δ'*

praeditos; ac tamen illud perspici et intellegi potest, absoluto perfectoque numero temporis absolutum annum perfectumque tunc compleri denique, cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput rettulerunt cumque eos permensus est idem et semper sui similis 5
34 orbis. has igitur ob causas nata astra sunt, quae per caelum penetrantia solstitiali se et brumali revocatione converterent, ut hoc omne animal, quod videmus, esset illi animali, quod sentimus, ad aeternitatis imitationem simillimum. 10

10 Et cetera quidem usque ad temporis ortum impressa ab illis, quae imitabatur, ecfinxerat; sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. quot igitur et quales animalium formas mens in speciem rerum 15 intuens poterat cernere, totidem et tales in hoc mundo
35 secum cogitavit effingere. erant autem animantium genera quattuor, quorum unum divinum atque caeleste, alterum pinnigerum et aerium, tertium ⟨aquatile, pedestre atque⟩ terrestre quartum. divinae animationis maxime 20 speciem faciebat ex igne, ut et splendidissimus esset et aspectu pulcherrimus; cumque eum similem universi naturae efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit comitemque eum sapientiae quam optimae mentis effecit circumque omne caelum aequaliter distribuit, ut hunc varie- 25

1 praedito *corr. in* -tum **V** | at **SD** | et] quae *supscr.* et **B** || 3 tunc] tum *Müller* | denique *mg.* demum **V** || 4 retulerint (*ex* -runt **A**) **RA** || 5 similes *corr. in* -lis **B** || 7 solstitiali *ex* solistitialis **V** solisticiali **S** || 8 converterent *ex* -ret **B** || 9 quo id **B** quid *corr. in* quod **M** || 11 expressa *Stephanus* || 12 effinxerat (efi- **BF**) **MRBF** et finxerat **VS** || 13 intus *om.* **D** || 14 quot *ex* quod **BVF** || 19 pennigerum (*ex* pin- **A**) **FMRA** | ethereum **E** | aquatile *add. Manutius ex Plat. Tim. 40a* (*τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος*) aquaticum *in comm. Valla* || 19.20 pedestre atque *addidimus, Platonem secuti* (*πεζὸν δὲ καὶ*) *et Vallae coniecturam* (pedestre autem ac) *in comm. addit.* pedestre et *add. Plasberg* || 21 igni (*ex* igne **A**) **BFMRA** | ut *supadd.* **A** || 22 universitatis **SD** || 23 naturae *Ross.* natura *codd.* || 24 sapientiae quam *Lambinus* sapientiamque (*ex* -tiam quae **M**) *codd.* | obtime (*sed* me *supadd.*) **A** optime **RS** | efficit *corr. in* effe- **B** afficit *ex* effi- **V** || 25 distribuitque, que *exp.* **B**

ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα συμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. κατὰ ταῦτα δὴ καὶ τούτων ἕνεκα ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι' οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχεν τροπάς, ἵνα τόδε ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ [τελέῳ καὶ] νοητῷ ζῴῳ πρὸς e *τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως.*

Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο, τὸ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῷα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. [τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπηργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν.] ᾗπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὅ ἔστιν ζῷον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. εἰσὶν δὴ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον 40 *εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. τοῦ μὲν οὖν θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπηργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη, τῷ δὲ παντὶ προσεικάζων εὔκυκλον ἐποίει, τίθησίν τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν ἐκείνῳ συνεπόμενον, νείμας περὶ πάντα κύκλῳ*

tate distinctum bene Graeci *κόσμον*, nos lucentem mundum
36 nominaremus. dedit autem divinis duo genera motus, unum
quod semper esset in eodem quodque et idem ⟨isdem de
rebus⟩ atque uno modo cogitaret, alterum quod in anti-
cam partem a conversione eiusdem et similis pelleretur; 5
quinque autem reliquis motibus orbum eum voluit esse et
expertem, inmobilem et stantem, ex quo genere ea sunt
sidera, quae infixa caelo non moventur loco, quae
sunt animantia eaque divina, ob eamque causam suis
sedibus inhaerent et perpetuo manent. quae autem 10
vaga et mutabili erratione labuntur, ita generata sunt,
37 ut supra diximus. iam vero terram altricem nostram,
quae traiecto axi sustinetur, diei noctisque effec-
tricem eandemque custodem, antiquissimam deorum
omnium voluit esse eorum, qui intra caelum gigne- 15
rentur. lusiones autem deorum et inter ipsos deos
concursiones, quaeque in orbibus eorum conversiones
quaeque antecessiones eveniant, cumque inter se

1 cosmon *codd.* ‖ **2–4** *huius Platonici loci Tullianam interpretationem obscure atque corrupte ita trad. codd.*: de quo et idem omnibus (in omnibus *Vatic.*) atque uno modo celaret (*ex* cael- **V** cael- **M**), *quae verba pler. editt. cruce not.; nos autem* quodque et idem isdem (*vel* iisdem) de rebus *coni. audemus* (*cf. Giomini*[6], *p. 123 sqq.*), *illo* omnibus *excluso Platonis iussu* (ut omnibus *Ven. 1477;* de omnibus semper *coni. Kayser*). *pro* de quo *scr.* aeque *Ven. 1477;* et quod *coni. Plasberg*[1] (*p. 92 sqq.*), *qui* et idem *in* idem *emend.*, *Kaysero auctore* (et inde *Valla, Platonem praeteriens*) ‖ **4** celeraret *Asc.* cogitaret *C. F. Hermann, p. 37* | anit̃ (*corr. in* aliter) quam, *inde corr. in* aliquam (*compend. sup.* t *eras.*) **V** anitiquam **B** antiquam *cett. codd.*, *corr. Victorius. de quo cf. Fries*[2] (*p. 36 sq.*), *qui* anticam *def.*, *coll. Varr. Ling. Lat. VII 7; Paul. Fest. 244, 24* (*s. v.* Posticum)*; Serv. ad Verg. Buc. 9, 5* ‖ **6** quidque **VS** | orbum *Baiter* orbem *codd.* ‖ **7** expertem et (*supadd.*) imm. et exstantem **M** ‖ **8** inflixa (l *del.*) **B** ‖ **11** mutabili erratione *Stephanus* mutabili (*ex* -liter **F**) ratione **MRF** mutabiliter ratione *cett. codd.*, *praeter* mutabilia *corr. in* -liter **B** | labuntur] moventur **E** | generanti *corr. in* -rata **B** ‖ **13** axii **V** axe **SD** | noctisque *ex* -tesque **ABV** ‖ **14** antiquissima **S** ‖ **15** qui **S** quae *cett. codd.* ‖ **16** lusiones *Stephanus* flusiones **V** fluxiones (*ex* flusi- **AB**) *cett. codd.* fusiones *Rom.* (*ita iam* **D**) flexiones *Victorius* | deos *cancellis inclus. Orelli* ‖ **17** quaeque *om.* **R** ‖ **17.18** in orbibus — conversiones quaeque *mg. add.* **F**

τὸν οὐρανόν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτά, περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ, τὴν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν, ὑπὸ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περι- b *φορᾶς κρατουμένῳ· τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον καὶ ἑστός, [ἵνα ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον]. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσ' ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῷα θεῖα ὄντα καὶ ἀίδια καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει· τὰ δὲ τρεπόμενα καὶ πλάνην τοιαύτην ἴσχοντα, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐρρήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονεν. γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλλομένην δὲ τὴν περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε* c *καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν ὅσοι ἐντὸς οὐρανοῦ γεγόνασιν. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προχωρήσεις, ἔν τε ταῖς*

paene contingant, eos qui prope copulentur contrariaque regione, et pone quos aut ante labantur, quisque temporibus a nostro aspectu oblitescant rursusque emersi terrorem incutiant rationis expertibus, si verbis explicare conemur nullo posito ob oculos simulacro earum 5 rerum, frustra suscipiatur labor. sed haec satis sint dicta nobis, quae⟨que⟩ de deorum, qui cernuntur quique sunt orti, natura praefati sumus, habeant hunc terminum.

11 **38** Reliquorum autem, quos Graeci δαίμονας appellant, nostri opinor Lares, si modo hoc recte conversum videri 10 potest, et nosse et nuntiare ortum eorum maius est quam ut profiteri nos scire audeamus. credendum nimirum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. nosse autem generatores suos optime poterant, 15 ac difficile factu est a deis ortis fidem non habere: quamquam nec argumentis nec rationibus certis eorum oratio confirmatur; sed quia de suis nobis rebus videntur loqui, **39** veteri legi morique parendum est. sic igitur, ut ab his est traditum, horum deorum ortus habeatur atque dicatur, ut 20 Oceanum Salaciamque Caeli satu Terraeque conceptu ge-

21 Serv. Auct. ad Verg. Georg. I 31: hanc Tethyn Cicero in Timaeo Salaciam dicit.

1 eos (*in ras.* **A**) **FA** eorum (*corr. in* eos **B**) *cett. codd.* | quippe copulentur **B** | contraque *corr. in* contrariaque **A** ‖ **2** pone *corr. in* pene **AB** pene **FMR** | aut *exp.* **BF**, *om.* **R** | labantur *Asc.* labuntur *codd.* | quibusque *Manutius* ‖ **3** oblitescant *mg.* oblateant **R** ‖ **4** emersit (t *del.*) errorem **AB** emersi errorem **FMR** | expertu *corr. in* -ti, *supadd.* bus **V** experti (bus *supadd.* **A**) **SA** ‖ **5** posito *supadd.* **B** ‖ **6** sint] sunt **M** ‖ **7** quaeque *Perionius* quae *codd.* ‖ **8** prefecti *corr. in* prefati **V** ‖ **9** d(a)emonas *codd.* ‖ **11** eorum *seclus. Lambinus* ‖ **12** proferri *corr. in* profiteri **R** | scire *Lambinus* scribere *codd.; cf. p. 127, 2 (app.)* ‖ **13** progeniae *corr. in* e progenie **V** progenie **S** de progenie **D** ‖ **16** factum (*corr. in* -tu **ABF**) **VMABF** | ortes *corr. in* -tis **A** ortois *corr. in* ortis **V** | haberet (t *exp.* **V**) **BSV** ‖ **16.17** quamquam — nec rati *om.* **V** ‖ **18** *post* confirmatur sed *trad.* cum duplex (*p. 216, 24*) *usque ad* modo illuc (*p. 222, 11*) *codd.; inde continuant § 38* (quia de suis) *antea intermissum. rectum ordinem iure restit. Valla* | quia, a *del.* **V** | nobis *Plasberg, qui de verborum structura cf. Cic. Fin. II 18* notis (noctis *corr. in* notis **S**) *codd., praeter* bis (*exp.*) notis **B** ⟨sibique⟩ notis *Stephanus* ‖ **19** iis *Orelli* ‖ **20** ducatur **V** ‖ **21** *post* conceptu *scr.* ex his, *inde exp.* **B**

συνάψεσιν ὁποῖοι τῶν θεῶν κατ' ἀλλήλους γιγνόμενοι καὶ ὅσοι καταντικρύ, μεθ' οὕστινάς τε ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις, ἡμῖν τε κατὰ χρόνους οὕστινας ἕκαστοι κατακαλύπτονται καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι φόβους [καὶ σημεῖα τῶν μετὰ d *ταῦτα γενησομένων] τοῖς οὐ δυναμένοις λογίζεσθαι πέμπουσιν, τὸ λέγειν ἄνευ δι' ὄψεως τούτων αὖ τῶν μιμημάτων μάταιος ἂν εἴη πόνος· ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως ἐχέτω τέλος.*

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν· ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγ- e *καίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός*

neratos editosque memoremus, ex his Saturnum et Opem, deinceps Iovem atque Iunonem, reliquos, ⟨quos⟩ fratres inter se agnatosque usurpari atque appellari videmus, et eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam.

40 Quando igitur omnes et qui moventur palamque se 5 ostendunt et qui eatenus nobis clarantur, qua ipsi volunt, creati sunt, tum ad eos is deus, qui omnia genuit, fatur haec: 'Vos, qui deorum satu orti estis, adtendite. quorum operum ego parens effectorque sum, haec sunt indissoluta me invito: quamquam omne conligatum solvi potest, sed 10 haudquaquam boni est ratione vinctum velle dissolvere. sed quoniam estis orti, inmortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment nec fraus valentior quam consilium meum, quod maius est vinculum ad 15 perpetuitatem vestram quam illa, quibus estis tum, 41 cum gignebamini, conligati. quid sentiam igitur cognoscite. tria genera nobis reliqua sunt eaque mortalia, quibus praetermissis caeli absolutio perfecta non erit: omnia enim genera animalium complexu non tenebit, 20 teneat autem oportebit, ut ex eodem ne quid absit. quae a me ipso ⟨si⟩ effecta sint, deorum vitam possint adaequare;

8 Aug. Civ. Dei XIII 16: nempe Platonis haec verba sunt, sicut ea Cicero in Latinum vertit . . .: vos, qui deorum satu orti estis, adtendite: quorum operum ego parens effectorque sum, haec sunt indissolubilia me invito, quamquam omne conligatum solvi potest; sed haudquaquam bonum est ratione vinctum velle dissolvere. sed quoniam estis orti, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis; neutiquam tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment nec erunt valentiora quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis tum, cum gignebamini, conligati. ‖ **12** Aug. Civ. Dei XXII 26: sic enim eum locutum narrat Plato: quoniam estis orti, inquit, immortales esse et indissolubiles non potestis; non tamen dissolvemini neque vos ulla mortis fata periment nec erunt valentiora quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis conligati; ita Aug. Serm. 241, 8 (38, 1138 M.); cf. etiam Civ. Dei X 31 et XIII 17. 18. 19. ‖ **18** cf. Aug. Civ. Dei XII 25, XIII 19

τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων δὲ [Φόρκυς] Κρόνος τε καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ δὲ Κρόνου καὶ 41 *Ῥέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους. ἐπεὶ δ᾽ οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσιν φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ᾽ ὅσον ἂν ἐθέλωσιν, θεοὶ γένεσιν ἔσχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε·*

῾Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ [δι᾽ ἐμοῦ γενόμενα] ἄλυτα ἐμοῦ γε μὴ ἐθέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν [καὶ ἔχον b *εὖ] λύειν ἐθέλειν κακοῦ· δι᾽ ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ᾽ ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ᾽ ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. νῦν οὖν ὃ λέγω [πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος], μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα· τούτων δὲ μὴ γενομένων οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντ᾽ ἐν αὐτῷ γένη ζῴων οὐχ ἕξει, δεῖ δέ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι.* c *δι᾽ ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα [καὶ βίου μετασχόντα] θεοῖς*

1 *in Tulliana translatione omittitur Φόρκυς (Plat. Tim. 40e), quocirca* phorcyn *add. Ven. 1494. cf. Fries*[2]*, p. 34sq.* ‖ **2** *post* reliquos *add.* quos *Aldus* ‖ **3** usurpari *corr. in* -re **S** usurpare *cett. codd.* | appellari *Manutius* appellare *codd.* | solemus *mg.* videmus *Crat.* ‖ **4** verbo *om.* **S** ‖ **6** clarantur (de *sup. praemis.*) **A** clarantur *mg.* caelantur **V** declarantur **BFMR** | quo (*ex* qua **AB**) **FMRAB** ‖ **7** fatetur **V** ‖ **8** hae (c *supadd. m. alt.*) **A** ‖ **7.8** fatur: „Haec *Müller; sed cf. Plat. Tim. 41a* ‖ **8** *ex Tulliana translatione* deorum satu orti estis *T. B. De Graff* (*p. 244sq.*) *in exemplari Graeco ἔκγονοι supplend. put.* ‖ **9** indisoluta (inde- **B**) *corr. in* indisso- **AB** indissolubilia *Augustinus* ‖ **11** aut *corr. in* haud **B** | haudquamquam **V** | bonum *Augustinus* ‖ **12** inmortalis (*corr. in* -les **B**) **AVB** | inde solubiles *corr. in* indissolubiles (indi sol-**A**) **VA** dissolubiles *corr. in* indiss- **R** ‖ **14** peremeni *corr. in* peri- **ABV** | periment nec erunt valentiora *Augustinus* | violentior **MD** ‖ **21** oportebat *corr. in* -bit **A** | quod *ex* quid **V** | abit *corr. in* absit **A** | qua **B** ‖ **22** si effecta sint *nos* effecta sint (sunt **S**) *codd., quorum lectio servari potest, illo* sint *secluso, ut confirmat Plat. Tim. 41c* sed quae a me ipso effecta sint *Manutius* quod si (quae si *mg. Lambin. 1584*) a me ipso effecta sint *Lambinus* effecta si sint *Baiter*

ut igitur mortali condicione generentur, vos suscipite ut illa gignatis imiteminique vim meam, qua me in vestro ortu usum esse meministis. in quibus qui tales creantur, ut deorum inmortalium quasi gentiles esse debeant, divini generis appellentur teneantque omnium animantium 5 principatum vobisque iure et lege volentes pareant. quorum vobis initium satusque tradetur a me, vos autem ad id, quod erit inmortale, partem adtexitote mortalem; ita orientur animantes, quos et vivos alatis et consumptos sinu recipiatis'. 10

12 Haec ille dixit; deinde ad temperationem superiorem **42** revertit, in qua omnem animum universae naturae temperans permiscebat superiorisque permixtionis reliquias fundens aequabat eodem modo ferme, nisi quod non ita incorrupta, ut ea quae semper idem, sed ab iis secundum 15 **43** sumebat atque etiam tertium. toto igitur omni constituto sideribus parem numerum distribuit animorum et singulos adiunxit ad singula atque ita quasi in currum universitatis imposuit commonstravitque leges fatales ac necessarias et ostendit primum ortum unum fore om- 20 nibus eumque moderatum atque constantem nec ab ullo inminutum; satis autem et quasi sparsis animis fore uti certis temporum intervallis oreretur animal, **44** quod esset ad cultum deorum aptissimum. sed cum duplex

4 *sqq.* cf. Cic. Leg. I 23—24 || **7** Aug. Civ. Dei XII 27: ita sane Plato minores et a summo Deo factos deos effectores esse voluit animalium ceterorum, ut immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi vero mortalem adtexerent. || **10** Aug. Civ. Dei XIII 19: optime autem cum hominibus agi arbitratur idem Plato, si tamen hanc vitam pie iusteque peregerint, ut a suis corporibus separati in ipsorum deorum, qui sua corpora numquam deserunt, recipiantur sinum.

2 imitaminique *Orelli* (imitamini *scr.* **D**) | qua me (*ex* quam et **M**) **EM** qua et (t *eras.*, *corr. in* qua me) **V** quam et (*om.* **D**) *cett. codd.* qua me et *Victorius* qua memet *coni. Philippson* || **3** usum] vi usum **V** | meministis *ex* -nissetis **A** | creabantur *Lambinus* || **4** gentilis **AV** || **5** teneant atque (at *exp.*) **A** || **7** satusque *Stephanus* statusque (-tuque **S**) *codd.* | tradetur *Valla* traditur *codd.* || **8** adtetextoto (*pr.* te *eras.*) *corr. in* adtexitote **B** || **11—22** haec ille — inminutum *habet* **R** || **13** superisque (ior *sup.* i *add.*) **F** (superiorisque *scr. Manutius*) superisque (*ex* supererisque **R**) *cett. codd.* | permixtiones *corr. in* -is **V** permixturis **SD** ||

ἰσάζοιτ' ἄν· ἵνα οὖν θνητά τε ᾖ [τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ], τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζῴων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν d *προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῷα καὶ γεννᾶτε τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.'*

Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγεν, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων τρόπον μέν τινα τὸν αὐτόν, ἀκήρατα δὲ οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. συστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλεν ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέν θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας e *ὡς ἐς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξεν, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ, δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάσταις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζῴων τὸ θεοσεβέστατον, διπλῆς δὲ οὔσης* **42**

14 ferme] formae **V** ‖ **15** aut (*corr. in* ut **AB**) **VSAB** | idem **R** eadem *Ross.* isdem *cett. codd.* in isdem *coni. Plasberg* | ab iis *Stephanus* ad iis **ABSR** a diis **VF** adis **M** ‖ **16** orsum sumebat atque interitum *mg. Crat.* | toto *ex* te- **V** ‖ **22** satis] consatis *mg.* consitis *Crat.* ‖ **23** oreretur *corr. in* ori- **AB** oriretur **FMS** ‖ **24** *post* aptissimum sed *continuant* (h)is (iis) in splendore (*p. 222, 12*) *codd., praeter* **R**, *qui tantum* is quidem — modo illuc (*p. 220, 16—222, 11*) *habet; de illis praeteritis paragraphis* (*44—48*) *cf. app. crit. ad p. 212, 18*

esset natura generis humani, sic se res habebat, ut praestantius genus esset eorum, qui essent futuri viri. cum autem animos corporibus necessitate insevisset cumque ad corpora [necessitate] tum accessio fieret tum abscessio, principio necesse erat sensum exsistere 5 unum communemque omnium vehementiore motu excitatum coniunctumque naturae, deinde voluptate et molestia mixtum amorem, post iram et metum et reliquos motus animi comites superiorum et his etiam contrarios dissidentesque. quos qui ratione rexerit, iuste vixe- 10
45 rit, qui autem iis se dederit, iniuste. atque ille, qui recte atque honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illud astrum, quocum aptus fuerit, revertetur; qui autem inmoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet, et si ne 15 tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam iactabitur et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur neque terminum malorum prius adspiciet quam illam sequi coeperit conversionem, quam habebit in se ipse eiusdem et [uni] similis innatam et in- 20 sitam: quod tum eveniet, cum illa, quae ex igni anima aqua

14 Aug. Civ. Dei XII 27: qui immoderate atque inhoneste vixerint; XIII 19: qui stultam duxerint vitam

1 habebant **B** || 3 animos corporibus *Perionius* animis corpora **ABFM** animis corporatum *cett. codd.* | cum (*vel* tum) nec. inseruisset (miscuisset *Ven. 1474, ita mg. Asc. 1521;* insevisset *mg. Crat.*) *pler. edd. ant.* || 4 necessitate *del. Manutius* | tum *supadd.* **A**, *om.* **VSD** || 7 excitatum coniunctumque *Perionius* excitato coniunctoque (concitatum coniunctumque *Vatic.*) *codd.* || 8 iram et metum **M** ira et metu (*ex* mo- **B**) *cett. codd.* || 9 motos *corr. in* -tus **BF** | iis *Müller* || 10 dissidentesque *Castiglioni, coll. Plat. Tim. 42b* dissidentes *codd.* contrarie dissidentes *Stephanus* | iuste vixerit *mg. add. m. alt.* **A** || 11 dederint **B** dediderit *Müller* || 13 reverteretur *corr. in* -tetur **M** || 15 transferet *ex* -ferret **VM** | sic *ex* si **V** || 16 vitiorum *ex* -rem **B** | faciat **D** || 20 habebit *corr. in* -bat **B** habet *corr. in* -bebat **A** habebat **FM** | eiusdem et uni similis *codd., serv. Pini et dubitanter Philippson* (*quasi* uni *reddat verba* τῷ ἑνί, *quae tamen in Platone desunt*); *sed* uni *delend., coll. Tim. 19* (una conversione atque eadem), *36* (conversione eiusdem et similis) *et 31* (eiusdem motu et ab eius quod simile esset)*: de quo cf. Giomini*[6], *p. 126* et unius simul *Rom.* sui similis *Plasberg: cf. Tim. 6; 21; 33* | et insitam *om.* **V** || 21 eveniet *ex* -at **B** evenerit **M** | aqua *Wesenberg* atque *codd., praeter* aqua atque *Vatic.*

τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κρεῖττον τοιοῦτον εἴη γένος ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ᾽ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων σύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμειγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα b *ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα· ὧν εἰ μὲν κρατήσοιεν, δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα χρόνον βιούς, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου [βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἕξοι], σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ· μὴ παυόμενός τε ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον* c *ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θήρειον φύσιν, ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ συνεπισπώμενος τὸν [πολὺν ὄχλον καὶ] ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ*

terra turbulenta et rationis expertia insederint, ratione depulerit et ad primam atque optimam adfectionem animi
13 perveneri. quae cum ita designasset seseque, si quid post-
46 ea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset, alios[que] in terram, alios in lunam, 5
alios in reliquas mundi partes, quae sunt [ad] spatiorum temporis signa et notae constitutae, spargens quasi serebat. post autem eam sationem dis, ut ita dicam, iunioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, 10
id omne et quae consequentia essent perpolirent et absolverent, deinde ut huic animanti principes se ducesque praeberent vitamque eius quam pulcherrime regerent et gubernarent, quatenus non ipse bene factus sua culpa sibi aliquid miseriae quaereret. 15

47 Atque is quidem, qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu; qui autem erant ab eo creati, cum parentis ordinem cognovissent, hunc sequebantur. itaque cum accepissent inmortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem et effectorem sui particulas ignis et 20
terrae et aquae et animae a mundo, quas rursus redderent,

8 cf. Aug. Civ. Dei XII 27; XIII 18; cf. etiam XII 25

1 experta **ABVFM** | depulerint (*corr. in* -rit **AF**) **MAF** || 2 effectionem **B** || 3 pervenerit *corr. in* -rint **M** | dissignasset *Müller* || 5 alios *Ambros.* aliosque (*ex* alioque **B**, *ex* alio quae **A**) *codd.* | in terram ... in lunam *Perionius; cf. Plat. Tim. 42d* in terra ... in luna *codd.* || 6 ad *seclus. Kayser* | spatiorum *ex* pati- **B** || 7 significationem (*seclus.* et notae) *Rom.* || 8 diis *ex* dis **V** || 10 essent (n *exp.* **AB**) **VSAB** | animo *supadd. m. alt.* **A** | accidere (*ex* acce- **A**) **FMA** accederet (*corr. in* -re **B**) **SB** || 11 sequentia **D** | perolierent *corr. in* perpolirent **B** perviverent (*an* periuv- *?*) *corr. in* perpolirent **A** periuverent **V** properinveherent **S** perinveherent **D** (*ita Ven. 1474, Valla*) perficerent *dubitanter Plasberg* || 12 ut *supadd. m. alt.* **A**, *om.* **VS** | hic *corr. in* huic **B** | principes se ducesque *Manutius* principem se ducemque (*ex* ducemquae **ABV**) *codd.* || 13 praeberent (n *exp.*) **AB** praeberet **F** || 13.14 regerent et gubernarent **E** regeret (*corr. in* -rent **V**) et gubernaret (*corr. in* -rent **V**) *cett. codd.* || 14 quatinus (*ex* quate- **AB**) **FMAB** | neque *corr. in* non **V** || 15 sibi] sui **M** || 17 cum *supadd. m. alt.* **AV** || 18 cognovisset (*corr. in* -sent **ABV**) **SABV** || 19 mortales (*ex* -is) animantes (*ex* -is) **F** || 20 et² *om.* **M** || 21 et² *om.* **V** | quos **S** quasi (*corr. in* quas **A**) **VA**, *ita dubitanter Plasberg*

ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ d
κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος
ἕξεως. διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς
ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρεν τοὺς μὲν εἰς
γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρό-
νου· τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκεν θεοῖς σώ-
ματα πλάττειν θνητά, τό τ' ἐπίλοιπον, ὅσον ἔτι ἦν ψυχῆς
ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκό- e
λουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένους ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν
ὅτι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον,
ὅτι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ
κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ
πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον
ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν,
πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανει-
ζόμενοι μόρια ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν τὰ 43

mutuabantur easque inter se copulabant, haud isdem
vinclis, quibus ipsi erant conligati, sed talibus, quae cerni
non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis
inliquefactis unum efficiebant ex omnibus corpus atque in
eo influente atque effluente animi divini ambitus inliga- 5
48 bant. itaque illi in flumen inmersi neque tenebant neque
tenebantur, sed vi magna tum ferebant tum ferebantur.
ita totum animal movebatur illud quidem, sed inmoderate
et fortuito, ut sex motibus veheretur: nam et ante et
pone et ad laevam et ad dextram et sursum et deorsum, 10
modo huc modo illuc . . .
14 . . . cum unu⟩s de his in ⟨levitate et⟩ splendore consedit,
49 tum vel eadem species vel interdum inmutata redditur,
cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os effusus, se
confudit et contulit. dextra autem videntur quae laeva 15
sunt, quia contrariis partibus oculorum contrarias partes

1 aut (*corr. in* haud **B**) **SB** ‖ **3** parvitatem *ex* pravitatem **M** | crebris *ex* credis **B** ‖ **4** inliquefactis *ex* -fatis **B** inliquetis (*corr. in* -quefactis *m. alt.* **A**) **VSA** iniectis **D**, *ita Rom.* | efficiebat **D** ‖ **5** animo divino (*ex* -mi divini **AB**) **FMAB** | ambitus (s *exp.*) **V** ambitum **D** ambitu **S** | inligabant **S** inligabat *cett. codd.* ‖ **7** tum[1]] cum **B** ‖ **8** totum *Valla, auctore Plat. Tim. 43a* motu *codd.* ‖ **9** fortuitu *codd.* ‖ **10** poene (*corr. in* pone **AV** pone **M** pene **S**) ad laevam (pone ad dextram et ad laevam **D**) *codd., praeter* **E** *Ross., qui* pone et ad laevam *scr.* ‖ **11** *post* illuc *continuant* quia de suis notis (*§ 38*) *codd.* (*hoc signum*) ÷ | *mg. adscr.* **V**); *lacunam pos. Aldus: nam Platonis oratio a verbis κατὰ τοὺς ἓξ τόπους* (*43b*) *usque ad κοινωνίας ἀλλήλοις* (*46a*) *abrumpitur* | *hic frgg. illa* urere, lucere, per oculos emicare (*ex Aug. Civ. Dei XIII 18 desumpta*) *et* defenstrix (*ex Prisc. G. L. K. III 463, 19 sq.*) *colloc. Ax* ‖ **12** (sed) his (*ex* ii) spl. **A** (sed)tis (t *exp.*) spl. **B** (sed) iis (is **M**) spl. **VM** (sed) his (h *exp.*) spl. **F** (sed)ii spl. **S** sed in spl. **D**, *unde* sed si in spl. *scr. Valla. ex Graeco exemplari ἑνός — μεταρρυθμισθέντος* (*46a*) *proponimus* cum unu⟩s de his (*vel* ex his) in ⟨levitate et⟩ splendore, *ubi* levitate et *add. malumus ex Plat. Tim. 46a* (*ἐμφανῆ καὶ λεῖα*) *et 46b* (*περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν*), *eo magis quod Tulliana verba* speculorum levitas (*p. 224, 3*) *Platonis illa ἡ τῶν κατόπτρων λειότης* (*Tim. 46c*) *ad litteram restituunt. de hoc loco cf. Giomini*[6], *p. 126 sq.* ⟨cum uterque ignis in levita⟩tis splendore *vel* specul⟩i splendore *Plasberg* ‖ **14** ob eos (*ex* os) **V** | offusus **A** ‖ **15** contulit *corr. in* -dit **V** | dextra autem — potuissent (*p. 226, 10*) *habet* **R**

λαμβανόμενα συνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις, πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον. αἱ δ' εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δὲ ἐφέροντο καὶ ἔφερον, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκ- b *τως μὴν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ ἀλόγως, τὰς ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον· εἴς τε γὰρ τὸ πρόσθε καὶ ὄπισθεν καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω καὶ πάντῃ [κατὰ τοὺς ἓξ τόπους πλανώμενα προῄειν . . .*

Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν καὶ πάντα 46 *ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν. ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις,] ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα* b *ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ [περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν] συμπαγοῦς γιγνομένου. δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσιν τῆς ὄψεως περὶ τἀναντία μέρη γίγνεται*

attingunt. respondent autem dextra dexteris, laeva laevis conversione luminum, cum ea inter se non cohaerescunt: id fit, cum speculorum levitas hinc illincque altitudinem adsumpsit et ita dextera detrusit in laevam partem oculorum laevaque in dexteram. supina etiam ora cernuntur 5 depulsione luminum, quae convertens inferiora reddit quae sunt superiora.

50 Atque haec omnia ex eo genere sunt, quae rerum adiuvant causas, quibus utitur ministeriis deus, cum optimi speciem, quoad fieri potest, efficit. sed existimant 10 plerique non haec adiuvantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, [quae vim habeant frigoris et caloris] quae vim habeant refrigerandi calficiendi concrescendi liquendi, careant autem omni intellegentia atque ratione, quae nisi in animo nulla alia in natura reperiantur; ani- 15 mus autem sensum omnem effugit oculorum, at ignis 51 aqua terra ⟨anima⟩ corpora sunt eaque cernuntur. illum autem, qui intellegentiae sapientiaeque se amatorem profitetur, necesse est intellegentis sapientisque naturae primas causas conquirere, dein secundas earum 20 rerum, quae necessario movent alias, cum ipsae ab aliis moventur. quocirca nobis sic cerno esse faciendum, ut de utroque nos quidem dicamus genere causarum, separatim autem de iis, quae cum intellegentia sunt efficientes pulcherrimarum rerum atque optu- 25

1 dextra dexteris (*alt.* e *exp.*) **BF** dextra dextris **SD** ‖ **2** quohaerescunt *corr. in* cohae- **M** ‖ **4** dextera (dextra *Valla*) *Vatic.* dexteram *codd.* ‖ **5** laevaque **A** *Vatic.* laevamque *cett. codd.* | dextram **AVFR** | ora] et ora **V** ‖ **6** depulsione *ex* deusi- **B** ‖ **9** causas *ex* -is **R** ‖ **10** quoad *ex* quod **V** | efficit *Rom.* effecit (*ex* et fecit **BV**) **MRBV** offecit *corr. in* ef- **F** et fecit *cett. codd.* | existimant *Ven. 1474* extimant *Ross.*, *Vatic.* aestimant *codd.* ‖ **12.13** causas quae vim habeant refrigerandi calficiendi (calefa- **E**) **VE** causas quae vim habeant (*ex* -bent **MR**) frigoris et caloris quae vim habeant refrigerandi (-rendi **B**) calfaciendi (*corr. in* calfi- **B** calefa- **M**) *cett. codd.* ‖ **14** careant *mg.* calleant **V** ‖ **17** *post* terra *add.* anima *Orelli* (*post* ignis *contra Müller*), *ex Plat. Tim. 46 d* | terra et aër *Rom.* | ignis et aqua et terra et aer *Asc.: cf. p. 188, 15* | ea quae (a *del.* **V**, *exp.* **F**) **ASVF** ‖ **20** deinde **V** ‖ **21** alias *ex* -ia **B** | cum *supadd. m. alt.* **A**, *om.* **VS** ‖ **24** deus *corr. in* de iis **B** | his **AVFMSR** ‖ **25** efficientes *ex* et cientes **A**

ἐπαφὴ [παρὰ τὸ καθεστὸς ἔθος τῆς προσβολῆς]· δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ συμπηγνύμενον ᾧ συμπήγνυται φῶς· τοῦτο δέ, ὅταν c *ἡ τῶν κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὕψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. κατὰ δὲ τὸ μῆκος στραφὲν τοῦ προσώπου ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησεν πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς [τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν] ἀπῶσαν.*

Ταῦτ' οὖν πάντα ἔστιν τῶν συναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσιν χρῆται τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν· δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ συναίτια ἀλλὰ d *αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα· λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστίν. τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν — τοῦτο δὲ ἀόρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀὴρ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονεν —· τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων, ἕτερα δὲ ἐξ ἀνάγκης* e *κινούντων γίγνονται, δευτέρας. ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν· λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη, χωρὶς δὲ ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ*

marum, et de iis, quae vacantes prudentia incon-
52 stantia perturbataque efficiunt. ac de oculorum quidem causis, ut haberent eam vim, quam nunc habent, satis ferme esse dictum puto; maxuma autem eorum utilitas donata hominum generi deorum munere dein- 5 ceps explicetur. rerum enim optumarum cognitionem nobis oculi attulerunt. nam haec, quae est habita de universitate oratio a nobis, haud umquam esset inventa, si neque sidera neque sol neque caelum sub oculorum aspectum cadere potuissent. nunc 10 vero dies noctesque oculis cognitae, tum mensum annorumque conversiones et numerum machinatae sunt et spatium temporis dimensae, et ad quaestionem totius naturae impulerunt; quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum prae- 15 stantius neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere neque dabitur.

15 Cic. Leg. I 58; Acad. I 7 nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, maius aut melius a diis datum munus (sc. philosophiae studio) homini; Tusc. I 64 (sed cf. Lactant. Div. inst. III 14, 7); Lael. 20; Fam. XV 4, 16; Aug. Civ. Dei XXII 22 quam (sc. philosophiam) di quibusdam paucis, ait Tullius, veram dederunt: nec hominibus, inquit, ab his aut datum est donum maius aut potuit ullum dari.

1 his **AVFMSR** ‖ **2** perturbata quaeque *Asc.* | efficiuntur **M** | at **D** ‖ **3** nunc *supadd.* **A** ‖ **5** donata] data **R** | dei **R** | menere *corr. in* mu- **A** numere **B** ‖ **8** aut *corr. in* haud **B** ‖ **10** aspectu **AVS** ‖ **11** mensum *corr. in* -ium **VF** ‖ **12** annorumque] annorum annorumque **B** ‖ **13** *in* spatium temporis *desinit* **V** ‖ **14** totis *corr. in* -ius **B** ‖ **15** adempti (m *exp.*) **M** ‖ **16** genere *corr. in* -ri **A** gere *corr. in* geri **B**

M. Tullii Ciceronis Timeus explicit **M** Explicit M. T. C. disputatio super thimeum platonis **E** Explicit translatio tullii super timeum **D** *post* dabitur *sine titulo et divisione incipit* 'De fato' *in* **BFA**; *tantum mg. add.* de fato **B** (*m. aliq. recentior*), **F** (*m. alt.*), **A** (*m. alia*) Marci Tulii Ciceronis de Universalitate liber explicit *Ross.* M. T. C. liber ptimeus a boetio sic intitulatus explicit *Vatic.* *subscriptione caret* **S**

ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται. τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων συμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι᾽ ὃ θεὸς αὔθ᾽ ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν 47 λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτε οὐρανὸν ἰδόντων. νῦν δ᾽ ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι [καὶ ἰσημερίαι καὶ τροπαὶ] μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν· ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ᾽ ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ b θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

TIMAEI FRAGMENTA

1. Aug. Civ. Dei XI 21: Plato quidem plus ausus est dicere, elatum esse scilicet Deum gaudio mundi universitate perfecta (*haec verba cum Plat. Tim. 37c* ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι *possunt conferri, sed pro certo habere non possumus Ciceronem in his verbis delitescere*).

2. Non. 198, 30: Curriculum neutro genere Cicero Timaeo: ratione igitur et mente divina ad originem temporis [curris] curriculum inventum est solis et lunae.

3. Aug. Civ. Dei XIII 18: Si dii minores, quibus inter animalia terrestria cetera etiam hominem faciendum commisit Plato, potuerunt, sicut dicit, ab igne removere urendi qualitatem, lucendi relinquere quae per oculos emicaret (*haec verba cum Plat. Tim. 45b* τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ ἔσχε τὸ δὲ παρέχειν φῶς . . . διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν *possunt conferri, sed ea Ciceronis sermonem dissimulare non satis constat*).

4. Prisc. G. L. K. III 463, 19sq.: defenstrix quoque Cicero in Timaeo protulit addita t.

INDEX NOMINVM

VERBA NOTABILIA EX GRAECA LINGVA MVTVATA

BIBLIOTHECA TEUBNERIANA

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia

Fasc. 3. De oratore
Herausgegeben von K. F. Kumaniecki
XL, 412 Seiten. In Leinen 41,50 M
Bestell-Nr. 665 449 9 – Kumaniecki, Cicero 3 lat.

Fasc. 4. Brutus
Herausgegeben von E. Malcovati
2., verbesserte Auflage. XVIII, 126 Seiten
In Leinen 13,– M
Bestell-Nr. 665 540 8 – Malcovati, Cicero 4 lat.

Fasc. 8. Oratio pro Sex. Roscio Amerino
Herausgegeben von H. Kasten
XIV, 62 Seiten. In Leinen 9,80 M
Bestell-Nr. 665 444 8 – Kasten, Cicero 8 lat.

Fasc. 18. Oratio pro L. Murena
Herausgegeben von H. Kasten
3. Auflage. 58 Seiten. Kartoniert 3,60 M
Bestell-Nr. 665 615 2 – Kasten, Cicero 18 lat.

Fasc. 39. De re publica
Herausgegeben von K. Ziegler
7., verbesserte Auflage. LII, 147 Seiten mit 1 Tafel
In Leinen 9,60 M
Bestell-Nr. 665 448 0 – Ziegler, Cicero 39 lat.

Fasc. 48. De officiis. De virtutibus
Herausgegeben von C. Atzert
6. Auflage. LI, 148 Seiten. In Leinen 12,80 M
Bestell-Nr. 665 613 6 – Atzert, Cicero 48 lat.

Q. Horati Flacci opera

Herausgegeben von F. Klingner
5. Auflage. XXV, 4*, 378 Seiten. In Leinen 17,– M
Bestell-Nr. 665 528 0 – Klingner, Horatius lat.

T. Livi ab urbe condita libri XXI–XXII

Herausgegeben von T. A. Dorey
XIX, 140 Seiten. In Leinen 12,50 M
Bestell-Nr. 665 537 9 – Dorey, Liv. XXI–XXII lat.

T. Lucreti Cari de rerum natura libri VI

Herausgegeben von J. Martin
6. Auflage. XXVI, 285 Seiten. In Leinen 9,60 M
Bestell-Nr. 665 337 3 – Martin, Lucretius lat.

M. Fabi Quintiliani institutionis oratoriae libri XII

Herausgegeben von L. Radermacher und V. Buchheit

Pars I. Libri I–VI
6. Auflage. XIV, 365 Seiten. In Leinen 12,– M
Bestell-Nr. 665 379 5 – Buchheit, Quint. I lat.

Pars II. Libri VII–XII
4. Auflage. XII, 458 Seiten. In Leinen 15,– M
Bestell-Nr. 665 380 8 – Buchheit, Quint. II lat.

C. Sallusti Crispi Catilina. Iugurtha. Fragmenta ampliora

Herausgegeben von A. Kurfess
8. Auflage. XXXII, 200 Seiten. In Leinen 9,50 M
Bestell-Nr. 665 424 5 – Kurfess, Sallustius lat.

Appendix Sallustiana

Herausgegeben von A. Kurfess

Fasc. 1. C. Sallusti Crispi epistulae ad Caesarem senem de re publica
7. Auflage. XII, 28 Seiten. Kartoniert 2,50 M
Bestell-Nr. 665 514 1 – Kurfess, App. Sall. 1 lat.

Fasc. 2. (Sallusti) in Ciceronem et invicem invectivae
5. Auflage. XII, 31 Seiten. Kartoniert 3,– M
Bestell-Nr. 665 516 8 – Kurfess, App. Sall. 2 lat.

Scriptores historiae Augustae

Herausgegeben von E. Hohl, W. Seyfarth und Ch. Samberger
Vol. I. 5. Auflage. XXI, 310 Seiten. In Leinen 14,80 M
Bestell-Nr. 665 577 4 – Seyfarth, Script. I lat.

Vol. II. 3. Auflage. IV, 308 Seiten. In Leinen 14,80 M
Bestell-Nr. 665 374 4 – Seyfarth, Script. II lat.

Corneli Taciti libri qui supersunt

Herausgegeben von E. Koestermann

Tom. I. Ab excessu divi Augusti
3. Auflage. XLIV, 451 Seiten. In Leinen 17,– M
Bestell-Nr. 665 571 5 – Koestermann, Tac. I lat.

Tom. II. Fasc. 1. Historiarum libri
2., verbesserte Auflage. XX, 274 Seiten. In Leinen 18,– M
Bestell-Nr. 665 480 0 – Koestermann, Tac. II, 1 lat.

Tom. II. Fasc. 2. Germania. Agricola. Dialogus de oratoribus
3. Auflage. XLIV, 128 Seiten. In Leinen 9,– M
Bestell-Nr. 665 327 7 – Koestermann, Tac. II, 2 lat.

LEIPZIG
BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT